6
1–b
24

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 F
20



CHRISTOPH GERHARD SUKE.

Nicolai sc.

6-1.b.24

IO. GOTTOFR. OERTELII

SACRORVM APVD SEMPRONIENSES ANTISTITIS MAXIME VENERABILIS

HARMONIA

LL. ORIENTIS ET OCCIDENTIS

SPECIATIMQVE

HVNGARICAE CVM HEBRAEA

AD

EXPLENDVM ERVDITORVM DESIDERIVM PVBLICAE LVCI EXPOSITA

A

IOANNE HLIVAI

ZOL. HVNGARO

ALVMNORVM PANNONVM IN ACAD. VVITTEB. H. T. BIBLIOTHECARIO

WITTEBERGAE

IMPENSIS IO. MICHAELIS TEVBNERI

IMPRESSIT CHRISTOPH. TZSCHIEDRICH.

∞ Iↄ CC XLVI

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

PRAEFATIO EDITORIS

Multa, L. B. non minus eruditione, quam elegantia, refertum, et hoc inprimis tempore, quo pleraque rerum Hungaricarum arcana, Ill. LEIBNITII, ECCARDI, BAYERI Regiomontani, compluriumque aliorum uirorum non incelebrium, praepoſtera diligentia, nimium quantum uiolata, cum dolore intuemur, longe utiliſſimum, ſummeque neceſſarium Critico-Philologico-Hungaricum, TVO ſiſtimus conſpectui commentarium. Cum enim ſincera Hungarorum origo, tum praecipue lingua eorum uernacula, minus accuratis, et plerumque uel ex nimio ingenio, uel rerum Hungaricarum imperitia, ortis, Auctorum horum offenditur commentatiunculis. Hi quippe non absque errore grauiſſimo, maiores noſtros, partim ex Siberia, partim ex Scandinauia, partim ex Finnia, partim uero ex Morduanis, ſaltem uicinis dictorum locorum regionibus, maxime ſecum ipſis diſſidentes deducunt, populorumque, has incolentium regiones,

 idio-

idiomata noſtris per uim obtrudunt, eoque ipſo non modo ueram et genuinam Hungarorum originem, contra bonorum Auctorum fidem, maximopere deprauant, ſed eorundem etiam uernaculam, licet ſibi prorſus ignotam, uniuerſam pene, quantum poſitum in iis eſt, corrumpunt, ſaltem dubiam et controuerſam reddere conantur, hacque ratione, ſi non nobis, meliora edoctis, ſuis tamen Ciuibus, tantorum uirorum auctoritate deceptis, imponunt. Nam, utut ingenue, cum Maxime Venerabili et Eruditiſſimo noſtri, quod in lucem exponimus, Opuſculi Auctore, Maecenate noſtro longe indulgentiſſimo, fateamur, nobiliſſimum idioma Hungaricum, non contemnendam, cum cardinalibus ac praecipuis, non Septentrionis modo, ſed Occidentis etiam, Germanorum puta, Slauorum, Latinorum, atque Graecorum linguis, Harmoniam, ut ipſum opus edocebit, habere, concludere tamen, ni nos omnia fallunt, nil inde licebit aliud, quam, laudatos parentes noſtros Scytho-Hunno-Auaro-Hungaros, iam olim in dictis Germanorum, Slauorum, Latinorum, atque Graecorum priſcis genitoribus, non modo in antiquiſſimis Armeniae, praecipue autem Scythiae uaſtiſſimae ſedibus, ſed et in diuerſis, ducendarum coloniarum cauſſa, ſuſceptis migrationibus, et crebris admodum expeditionibus bellicis, uicinos ſubinde, ſocios, et pleroſque etiam amicos atque cognatos (quemadmodum, nos quoque, eorundem poſteros, in deſideratiſſima noſtra Patria Hungaria nunc habere, nemo non uidet,) habuiſſe. Adeo ut, ſiue primas et antiquiſſimas maiorum noſtrorum Scytharum ad Araxen Armeniae ſedes,

des, ſiue in amoeniora Graeciae, et latius acceptae Hungariae loca conceſſionem, ſiue ſuſceptam in ulteriorem aſperioremque Scythiam, habitandi cauſſa commigrationem, ſiue denique atrocia et perpetua, ut tum erant tempora, bella, caeteraque uitae communis, et mutui auxilii, humanaeque ſocietatis egentisſimae negotia, penitius conſideres, ubiuis locorum atque temporum, haut contemnenda noſtrorum, cum Graecorum, (ut iam de Orientalibus reliquis nihil hac uice addam,) Latinorum, Germanorum, atque Slauorum priſcis parentibus, illorumque poſteris, uicinitatis, ſocietatis, ac mutuae etiam interdum cognationis commercia deprehendas. Ne uero de primis illis, Armeniae nimirum, atque reliquis Orientis ſedibus hic diſputem, nec ſingulas maiorum noſtrorum peregrinationes curioſius inueſtigem, ſaltem Graeciam eosdem, quam ante Graecos, quoad certam partem occupauerant, diu incoluiſſe, et iſta occaſione, linguae etiam ſuae Scythico-Megaricae, ſeu Magyaricae ueſtigia, ſane egregia, illic reliquiſſe, immo in ipſum plane Latium cum Chonibus habitatum concedentes, rudiora quaedam fragmenta transmiſiſſe, et, ſequiori demum tempore, longe felicius illa auxiſſe, quemadmodum etiam latina ſuis immiſcuiſſe, ex Auctoribus Claſſicis, aliisque perſonarum, locorum, atque rerum nomenclaturis, et accuratiori linguarum dictarum, cum noſtra collatione, haut obſcure colligitur. Scythiam uero maiores noſtros, a quibus etiam nomen indelebile obtinuit, multasque uenerandae antiquitatis reliquias, ueluti totidem memoriae

 Scythi-

Scythicae chronica, ſeris etiam poſteris in uſum neceſſarium ſeruanda, accepit, et primum, et latiſſime incoluiſſe, certum adeo exploratumque habemus, ut, qui hoc negare uellet, nil niſi turpem ſibi craſſae ignorantiae maculam adſpergeret. At, quia regio erat uaſtiſſima, ac ideo etiam in geminam, Aſiaticam nimirum et Europaeam, Scythiam diuiſa, hinc etiam uniuerſa a noſtris occupari implerique difficulter poterat, quin potius relicta erant paſſim loca, aliis quoque, et a gente noſtra, origine, linguis, ſtudiis atque moribus, longe diuerſiſſimis nationibus inhabitanda. Quae res etiam leuiori cuidam linguarum commixtioni, et huic, quam maxime Venerabilis Auctor noſter, pro ſingulari ingenii ſui felicitate et iudicii *ἀκρίβεια*, perſpicue ac eleganter expoſu[it], Harmoniae occaſionem praebuit. Licet ergo utrique Scythiae ſui fuerunt populi, et uarie ii quidem interdum permixti, neque enim easdem conſtanter ſedes tenuerunt, ſemper tamen referebant priſcae originis, ac praecipue linguae, cuique genti uernaculae, quod unicum illudque praecipuum originum gentium diuerſarum eſt diſcrimen, indicia. Ex his igitur, breuiter ſaltem expoſitis, cauſſis factum etiam eſt, ut non modo memorati ſuperius Graeci ac Latini, uerum etiam Germanicae ac Slauicae originis populi, haut pauca ſermonis ſui uocabula, ſimili, ut dictum eſt, occaſione, cum noſtris, et hi uiciſſim cum illis, communicauerint atque commiſcuerint. Quae ſingula, licet leuem quandam, uti iam monuimus, linguae Hungaricae, cum dictarum gentium idiomatibus, Harmoniam,

com-

compluribus, ab ingenioſiſſimo Auctore noſtro, exemplis illuſtratam, haut obſcure innuunt, inde tamen, quemadmodum ad Graecam aut Latinam, ita etiam ad Slauicam et Germanicam, nationis Scytho-Hunno-Auarico-Hungaricae originem, aut uernaculae noſtrae, a dictorum populorum idiomatibus, deductionem, immo maiorem ſaltem accuratioremque conuenientiam argumentari, aut ignorantium atque caecorum more concludere, nequaquam licet. Quod uerum realeque, uti inter origines, ita linguam quoque Hungarorum uernaculam, et commemoratarum Occidentalium atque Septentrionalium gentium natales ac idiomata, diſcrimen, ſi eruditiſſimi Exterorum, praecipue uero memorati ſub initium, Viri Celeberrimi, obſeruare ſtuduiſſent, nequaquam profecto uiam, quam ſibi delegerunt, deuiam tanto cum animorum impetu triuiſſent, multo uero minus ueras genuinasque Scythicas antiquitates, et linguam noſtram, orientalem alioquin, ac toto caelo a ſeptentrionalibus ac occidentalibus diſcrepantem, per uim et torturas cum ſuis commiſcere perrexiſſent. At, quia nobile hoc argumentum dudum iam, inter domeſtica alia decora ac ornamenta praecipua, ſolide et accurate, OTROKOTSIVS noſter, in *Originibus* ſuis *Hungaricis* expoſuit, diſcretaque haec linguarum enumeratarum genera, tam egregie diſtinxit, nullus ut plane confuſionis ſubeſſe metus poſſit, hinc nos etiam ulteriore, rei alioquin manifeſtiſſimae, et ſatis ſuperque euictae illuſtratione, iure meritoque abſtinemus, ne forſitan, dum haec prolixius demonſtratum ire uellemus, laterem, quod

 aiunt

aiunt, lauare uideremur. Manet ergo, uti origo gentis noſtrae Hungaricae, ita etiam lingua antiquiſſima Scythico-Hunno-Auarico-Hungarica, ſanctiſſimae atque antiquiſſimae Hebraeae, linguarum alioquin omnium matris, ſincera genuinaque filia, ſororque orientalium praecipuarum germana. Quae ignota Exterorum plerisque myſteria, cum non modo laudatus paullo ante OTROKOTSIVS, dicto loco, iam dudum elegantiſſime expoſuit, ſed et Vener. praeterea Auctor noſter, haec omnia, uiginti et ſex ab hinc annis, praeſenti in *Harmonia*, ex inſtituto, non minus erudite, quam accurate explicat, ac exemplis copioſiſſimis ad oculum demonſtrat, nos quoque, uti iam ante monuimus, uberiore, quod id minus neceſſarium iudicemus, praefamine ſuperſedemus, ac potius Lectorem eruditum atque candidum ad ipſum curioſum atque eruditum Auctoris noſtri (quem nos Patroni, immo Patris, longe indulgentiſſimi nomine, pia ſemper mente ſuſpicimus, eique, quod precibus noſtris aliorumque, in communicando nobiſcum MSto ſuo, quod ipſe ob grauiſſimos labores huc dum luci publicae exponere non potuit, benigne annuerit, gratias debitas decernimus) Hiſtorico-Philologico-Hungaricum, ſeu, ut ipſe adpellat, Harmonicum Scriptum, ea, qua decet, humanitate remittimus, felicitatem ſimul uitamque longaeuam eidem Vener. Auctori noſtro, toto uouentes pectore, ut quemadmodum ſuo, cui tum ante praefuit, Oſgyanienſium Neoſolienſiumque, tum uero nunc in primis maxima cum laude praeeſt, puriori Sempronienſium Coetui, maximis, idque merito

rito

rito ob ſuam, et uigilantiam, et in docendo dexteritatem, denique indefeſſum uitae exemplaris ſtudium, habetur in deliciis, ita primo quoque tempore, ubi per grauiſſimos licuerit labores, longe plura atque maiora nobis, Patriaeque dulciſſimae, immo uniuerſae Reipublicae litterariae, quibus oblectari, ac uere quidem oblectari poſſit, dare ualeat. Huic interim eius labori TE, L. B. adplauſurum lubenter eſſe, non ſperamus ſaltem, ſed plane confidimus, quod Celeberrimi ſuo iam tempore Viri, quorum alii beatas iam in ſedes recepti, utpote MART. CHLADENIVS, et GE. FRID. SCHRÖERVS, nec non IO. CHRISTOPH. WICHMANSHAVSEN, alii adhuc maxima cum laude commoda Reipubl. Litterariae augent, Cel. nimirum CHRIST. ERN. SCHRÖDERVS, et IO. FRID. WEIDLERVS (ut iam alios, CASSAIOS puta, BÜCHEROS, nec non AVERSWALDIOS, miſſos faciamus) omnes, inquam, hi, quos hic honoris cauſſa nomino, adprobatione digniſſimum ultro citroque eum cenſuerint. Quorum quidem teſtimonia, ſi, id e re TVA fore, crederemus, facile hic adiungere potuiſſemus. Cum tamen ipſum opus ſuum ſit probaturum artificem, nil reſtare uidemus, niſi ut ualeas, noſtroque, qua conſueuiſti dexteritate, inſtituto faueas. Dabam VVittebergae Idib.

Ian. CIↃ IↃCC XLVI

CANDIDO ET BENEVOLO LECTORI Φιλομούσῳ

SAL. PL. D. AVCTOR

Tertius iam labitur annus, ex quo animum, ad accuratius inquirendam Idiomatis Hunno-Scythici *cum* Hebraeo *affinitatem et harmoniam, induxi, idque non alio commotus argumento, quam quod alibi in Cel.* HOTTINGERI *ſententiam incideram, qua nobiliſſimum iuxta, atque utiliſſimum,* Harmoniae *linguarum ſtudium iuerat commendatum, certiſſime adfirmans,* Eos cum primis bonam, circa rem publicam literariam, nauare operam, deque ea admodum praeclare mereri, qui ad accuratam linguarum Harmoniam animos adplicarent ſuos. *Noueram uero, Hebraeam linguam, omnium, quas uaſtum hoc fouet terrarum theatrum, uel ob antiquitatis ſuae ſplendorem, linguarum eſſe ueluti Principem, quam idcirco iam ſeculo IV illuſtre illud Pannoniae, ſed et totius Eccleſiae columen ac ſidus,* b. HIERONYMVS ad cap. III Zophoniae *bene ſapienterque,* omnium linguarum matricem *ſalutauit. Noueram quoque, Hebraeam eſſe lim-*

limpidiſſimum fontem, qui riuulos ſuos omnibus linguis et populis communicare, eosque de ſua ſuauitate irrigare prorſus non dubitauit, nam nulla illarum, *iudice* b. CALOVIO ז״ל in Critico Sacro, p. m. 17, tam longe ab ea recedit, quin ueſtigia quaedam et ſimilitudinem matricis ſuae retineat. *Quae ſingula ubi curatius reputarem, diuinum prorſus diuinae prouidentiae et ſapientiae ſpecimen eſſe agnoui, quae et in illa, Babyloniis impiis immiſſa, γλωττοσυγχύσει arcano quodam conſilio fecit, ut cuilibet linguae aliquid de primigenia illa adhaereret, quod nequidem per populorum migrationes et commixtiones, millenasque adeo a diuerſis ſuſceptas dialectos, prorſus opprimi et ſubuerti potuit. Quae cum omnia ita ſe haberent, oleum operamque impendere decreui, ut in gliſcentes in diuerſis linguis primigeniae linguae igniculos inquirerem, diligenterque eos notarem. Atque exinde hoc, quantulumcunque eſt,* Harmoniae *linguarum ſpecimen poſtliminio eſt exortum. Facile uero animaduerteram, ampliorem et altiorem hunc eſſe ſcientiae occanum, quam ut ab homine unico ſuperari et pro merito pertractari poſſet. Eapropter uela remosque meos contraxi, atque adeo, quam maxime* Harmoniae Hungaricae *cum* Hebraea *intentus, id potiſſimum egi, ut linguae patriae, ſiue origines, ſiue conuenientiam, indagarem. Ad quod ingenioſum non minus, quam operoſum inſti-*

inſtitutum etiam non una me compulit ratio. Hinc etenim uellicabant me aliorum eruditorum, patrias linguas illuſtrare conantium, frequentia, eorumque improba fere aſſiduitas, quorum nomina et conatus diligenter conſignarunt, non modo Cel. ERNESTVS GERHARDI in Harmonia Linguarum, *uerum etiam literatus ille Abbas in Galliis* GOVIETIVS in Biblioteque Françoiſe ou Hiſtoir de la Literature Françoiſe, *aliique, hinc uero etiam aliorum pia deſideria, quo merito retulero, quae incomparabilis Dreſdenſium Praeſul, Summe Venerab. Dn.* D. LOESCHERVS *in ſolido ſuo, quem conſcripſit,* de Cauſis linguae Hebraeae Tractatu, lib. I, cap. 9, §. 16, p. 122, *adiecit inquiens*, Ex Suedia, Luſitania, et NB. Hungaria ſuppetias, quoad parallelismum linguarum, adhuc exſpectandas eſſe. *Non ſum equidem neſcius,* FRANCISCVM FORIS OTROKOTSIVM *ſuo iam tempore mihi glaciem fregiſſe, uel certe uiam aperuiſſe,* in Originibus ſuis Hungaricis, *qui et ipſe* cap. VII, §. 2, p. 283, *fatetur*, Confidenter auſim dicere, nullam eſſe linguam Europaeam ex iis ſaltem, quae mihi per DEI gratiam, ſi non pariter ad loquelae, tamen ad intellectus et ſcriptionis uſum maxima ex parte ſunt notae, quae, NB. tantam cum praedictis LL. Orientalibus haberent affinitatem, quantam noſtra habet.

bet. *Vti etiam* idem ipſe *elegantem ſyllabum* Nominum *et* Verborum *exhibet Hungaricorum cum aliis, et maxime Hebraea, eleganter conſpirantium, interea longe plura ſunt, quae adhuc iis ſuperaddi et adnumerari poſſunt. Equidem, ſi* Etymologicon Hungaricum, *cuius Celeberr.* MATTHIAS BELIVS *in erudita ſua commentatione* de Literatura Vetere Hunno-Scythica, *orbi literato ſpem fecerat, hactenus prodiiſſet, forſitan labore iſthoc meo ſuperſedere potuiſſem. Quia uero illius edendi nulla adhuc adfulget certitudo, ſed et aliis Pannoniae Ciuibus hinc animus ad talia pronus, hinc tempus, hinc uero etiam facultas, et ſumptus deeſſe uidentur, operae pretium me facturum ſperaui, quod ſi ea, quae hactenus priuata induſtria obſeruaui ac connotaui, uel ad abſtergendam quadantenus a popularibus meis ſiue ignauiam, ſiue incuriam, exiguo hocce ſchediaſmate exhiberem. Reperies, fateor,* L. B. *heic et alia nonnulla, quae ad aliarum linguarum* occidentalium *aeque, ac* orientalium Harmoniam *eleganter manuducunt, interea palmarium meum fuit argumentum,* Parallelismum linguae Hungaricae cum Hebraea, *pro modulo uirium, exhibere, idque feci eo lubentius, quo maiorem Pannones inter et Hebraeos, ratione fatorum factorumque animaduerti conuenientiam. Quodſi enim gens Hebraea, poſt deſideratum ſuum ex Aegypto*

exi-

exitum, per integros XL annos per dumeta, et deſerta Arabiae oberrabat, donec terram Canaan attigiſſet, eadem certe et maiores noſtros manſere fata, qui pertaeſi manſionum ad lacum Moeotidem, ad inquirendas et occupandas nobiliores terras, Pannoniam noſtram elegere, quam ſi alterum Canaan dixeris, prorſus a uero nihil aberrabis. Vti uero eandem, quam occupauerant Hebraei, Palaeſtinam in XII regna ſeu prouincias, ad numerum tribuum ſuarum diuiſere, quibus amnis Iordanes, medium earum diuidens, Cis- et Trans-Iordanenſis regionis *nomen dederat, ita totidem fere etiam complexa fuit olim regiones et principatus Hungaria noſtra, qui licet hodienum non omnes uni coronae adhaereant, tota tamen ea etiam, quae hucdum ſupereſt, ab Iſtro amne medium interſecante, Cis- et Trans-Danubiana omnibus audit. Habebant illi ab initio ſuos iudices et duces, donec in Monarchiam Ariſtocratia commutaretur, quam inſtaurator religionis* Dauid, *et adminiſtrator iuſtitiae* Salomon, *aliique Reges laudatiſſimi ornauerunt. Ecce uero poſt ſeptem belli duces, etiam noſtri ſuos diuinitus ueluti conſecuti Monarchas, alterum* Dauidem in Stephano S. *Rege, alterum* Salomonem in Emerico et Matthia Coruino, *quoque fuerant indepti, ut alia illuſtria ſane documenta, parallelismum hiſtoricum eleganter comprobantia, data opera hic praeteream.*

Vti-

Vtinam modo etiam, quoad rei literariae fata, non eadem nos manſiſſet uiciſſitudo. Sed enim amiſerant, proh pudor et dolor! Hebraei *quondam linguae ſuae ſanctioris ſcientiam, idque adeo, ut, puncta uocalia, accentusque ipſos genuinas idiomatis ſui partes eſſe, crederent pauci, negarent plures, dubitarent plurimi. Vnde auctor libri* מאשה אפיר *cap. 32, ſeculo 14 aetatem agens, conqueritur, inquiens,* לא תחשיב אנחנו היום בקיאים בקריאת הכתוב ובתנו עות העותיות על הדך שהיה הקדמים: Non eſt, ut exiſtimes, nos hodie peritos eſſe in lectione Scripturae, et pronunciatione literarum, qualis fuit apud antiquos. *Idem uero prorſus genti noſtrae contigit, quae, in ſecula barbara incidens, adeo in humaniorum literarum cultura uileſcebat, ut non modo, cum imperitis temporum illorum Monachis, nomen τετραγράμματον per* PIPI *fere, more Graecanico, legerent, ſed etiam proprias idiomatis ſui literas et figuras non tantum ignorarent, ſed et pene peſſumdarent, quippe quae non uſque adeo pridem a ſagacioribus, et antiquitatum curioſis, conſeruatoribus iterum ab interitu ſunt uindicatae, ac priſtino ſuo ſplendori reſtitutae. Quodſi igitur nuda illa* literarum Hunno-Scythicarum *in lucem productio omnem laudem in orbe erudito meruit, ſpero omnino, nec meos conatus iri contemtum, qui non ſolas* literas Hunno-Scythicas *heic tantum exhibeo, ſed et decantatum*

tatum illud Attilae Regis Alphabetum, *quod aliqui perperam pro* magico ſcribendi genere *habuere, quin imo et rariſſimum* Agarenorum, *ſiue, uti nominari a Sara maluerunt,* Saracenorum, *incultum licet, et baculis potius inſculpendum, quam papyro inſcribendum, ſcribendi genus, ab interitu ſuo uindicatum trado. Quoad* Harmoniam *denique* uocum Hungarum *cum aliis* orientalibus et occidentalibus, *et uel maxime idiomate* Hebraeo, candidum Lectorem, aequumque rerum aeſtumatorem, *non prorſus nulla grata et inexſpectata inuenturum confido. Vt uero mihi nec* Catonem, *multo minus* Zoilum *cenſorem expeto, ita confido, aequum et beneuolum Lectorem in his primitiis meis, et tentamine ſacro acquieturum, optime gnarum, nec primos leonum catulos robore et magnitudine pares eſſe ſecundis. Primum igitur et hunc meum foetum Philologicum eſſe ſibi perſuadeat, quod ſi uero Deus uires, uitam, et ſpatium indulſerit, integrum* Lexicon celebris Páriz Pápaj *hac methodo illuſtrare et enucleare pro modulo geſtiam. Ita ergo uale, et piis conatibus, quia, in magnis etiam uoluiſſe, ſat eſt, bene precare. Dabam e Muſeo meo. Wittebergae A. R. S.*

cIↃ IↃ CC XIX Ipſis Kalend. Quintilis.

CON-

CONSPECTVS

§. I Exponitur *Vtilitas Harmoniae* ac praeſtantia in genere, et cauſa amiſſionis illius.

§. II *Harmoniae* amiſſae *reſtitutio*.

§. III *Abuſus Harmoniae linguarum* oſtenditur multiplex, et ſigillatim ratione linguae *Phrygicae*.

§. IV Linguae *Cananaeae*.

§. V Linguae *Chaldaicae*.

§. VI Linguae *Syrae*.

§. VII Linguae *Arabicae*.

§. VIII Ratione *L. Cymbricae*.

§. IX Ratione negatae omnis plane linguae Primigeniae exiſtentiae.

§. X *Abuſum* non tollere *uſum* oſtenditur, qui eſt praecipue duplex.

§. XI HARMONIA LEVIOR oſtenditur *L. Hungaricae* cum LL. Occidentis ſpeciatim.

§. XII Harmonia cum *L. Graeca*.

§. XIII Harmonia cum *L. Latina*.

§. XIV Harmonia cum *L. Germanica*.

§. XV Harmonia cum *L. Slauonica*.

§. XVI HARMONIA AMPLIOR *L. Hungaricae* cum *Orientalibus*, et quidem

§. XVII Harmonia cum *L. Coptica*.

§. XVIII Harmonia cum *L. Aethiopica*.

§. XIX Harmonia cum *L. Arabica*.

§. XX Harmonia cum *L. Samaritanae*.

§. XXI Harmonia cum *L. Syra*.

§. XXII Harmonia cum *L. Chaldaea*, itemque HARMONIA AMPLISSIMA *Hung. L.* cum *Hebraea* poſſibilis.

§. XXIII Harmonia Hebraea cum *Slauon*.

§. XXIV Harmonia Hebraea cum *Germanica*.

§. XXV Harmonia Hebraea cum *Latina.*

§. XXVI Harmonia Hebraea cum *Graeca* et *Coptica.*

§. XXVII HARMONIA *L. Hungaricae* cum *Hebraea* actualis, et quidem

§. XXIIX ratione *literarum* apparens *diſſenſus*.

§. XXIX ratione ueterum literarum euictus *conſenſus.*

§. XXX ratione illarum literarum adferuntur *ſignificationes.*

§. XXXI ratione literarum *officium et functiones.*

§. XXXII ratione *uocum*, ubi breue exhibetur *Lexicon ordine Alphabetico* concinnatum.

§. XXXIII Materia §phi anteced. ex *Otrokotſio* continuatur.

§. XXXIV ratione *Nominis*, et quidem articuli praepoſitiui.

§. XXXV ratione *Declinationis.*

§. XXXVI ratione *Comparationis.*

§. XXXVII ratione *Pronominis.*

§. XXXIIX ratione *Verbi.*

§. XXXIX ratione *Particularum.*

§. XL ratione *Syntaxeos*, et quidem *Nominum.*

§. XLI ratione *Syntaxeos Verborum.*

§. XLII ratione *Syntaxeos Particularum.*

§. XLIII ratione *Idiotiſmorum*, et quidem *a*) quoad nonnulla *Subſtantiua.*

§. XLIV β) quoad Pleonaſmos *Nominum* et *Verborum.*

§. XLV *Epilogus.*

Mantiſſa exhibet aliquot *uocabula* in omnibus fere linguis idem ſonantia, et ſignificantia. Item uocem DEVM in omnibus fere linguis quadriliteram.

§. I.

Si quidquam omnino eſt, quod in rebus omnibus et primum ubique et ultimum ſibi expoſcit locum, HARMONIAM merito dixeris. Hac enim ſola conſiſtunt res ſacrae, unaque profanae. Haec, illud quaſi Caduceum Mercurii, quod et diſſidentes componere, et compoſitos conſeruare ſolum poterit. Hanc ipſe DEVS rebus in ipſa ſtatim huius uniuerſi efformatione impreſſerat omnibus, quum Μέτρῳ, Αριθμῷ, καὶ Σταθμῷ gauderent ſingula, *Sap. II, 22*, prorſus exquiſitiſſime. Quae tamen Harmonia, ſi ulli concredita fuit creaturae, in homine profecto non una quidem ratione erat conſpicua, cuius ſiue *intellectum*, ſiue *uoluntatem*, ſiue adeoque *corpus*, ſiue *animam* contempleris, omnia iſthaec naturalem et perpetuam ſpirabant Harmoniam. Equidem per infauſtum illum Pro-

toplaſtorum lapſum elegans iſta *micro-coſmi huius Harmonia* nimium quantum paſſa erat naufragium, cuius rei omnia noſtri corporis membra, et omnium membrorum quoque partes, a capite ad calcem usque ſpectatae, triſtiſſimum prorſus exhibent ſpectaculum. In noſtro quippe *corpore* in locum excellentiſſimae illius Συμμετρίας ſucceſſerunt motus ſanguinis prorſus inordinati, quin et frequenter ſaltem non contrarii, qui morbos ſaepius, mortemque ipſam, homini minantur tandem. *In appetitu*, ut nominari conſueuit, *ſenſitiuo* rebellio ſenſuum, in *intellectu* ueritatis atque erroris ſaepiſſima iuxta et turpiſſima confuſio, in *uoluntate denique* cupiditas praua, et bonorum motuum ſucceſſit oppreſſio, ut hac ratione homo uix quidquam amplius quam inuerſus uideri poſſet eſſe mundus, imo Decalogus, cuius omnes partes in eo ſaltem erant concordes, ut perpetuam inter ſe et diuinam uoluntatem colerent diſcordiam. Vnicum adhuc ſupererat priſtinae felicitatis ueluti rudimentum, HARMONICA uidelicet SERMONIS humani conſtitutio, quando omnes hucdum unam loquerentur linguam, uel ut Moſaico uerbo uti liceat,

היה כל ארץ. שפה אחת ודברים אחדים:

Tota

Tota terra eſſet unius labii et unius ſermonis, Gen. XI, 1, et illius quidem HEBRAEI. *a*) Sed enim, quae fundi noſtri eſt calamitas, et haec memorabilis oris humani concordia, hominum certe culpa, in confuſione illa Babylonica iuſto plane iudicio a Numine immiſſa, amiſſa fuit. Et, quod malum hoc non parum adauxit, accedebat et illud longe maximum, quod cum nemini, praeterquam omnibus, et ius et aequa poteſtas eſſe uide-

a) Vnde et *Targum Hieroſolymitanum* ea homines illos locutos fuiſſe ait lingua ad h. l. רבה אתברי עלמא מן שירויא h. e. *in qua conditus eſt mundus ab initio.* Iam autem in Hebraea conditum fuiſſe docent nomina *Adami, Euae, Kaini, Abelis*, cet. quae omnia hodienum ex lingua ſancta, ſeu Hebraea, quoad genuinos ſuos natales deduci poſſunt. Vnde et IONATHAN in *Paraphr.* ſua Chaldaica uerba citata *Moſis ita* dedit. הוו ממלין בלישן קודשא i. e. *Erant loquentes lingua ſancta.* Nec praetermittendum hic plane uidetur illud, quod R. SALOMON *per Cabbalae artificialis* modum primum גמטריאן et illius quidem Arithmeticam rationem τὸ שפה אחת quod in Textu legitur, ſecundum numeros aequiualere dicit τοῦ, לשון הקדש i. e. *linguae ſanctae.*

retur τὸ ὀνομαΐοποιεῖν, diſperſis etiam longe lateque mortalibus, nouae ſubinde introductae ſunt uoces, noua ſymbola, noui characteres, noua conſtructio, et uix non omnia noua, atque diuerſa, ita ut, quod Hebraeorum dicitur prouerbio, לא כל - עצבעות חכמי השוות: *Non omnes ſapientum digitos eſſe aequales*, hic etiam meliori iure dici potuerit, לא כל - לשונות גויי השוות: *Non omnes populorum linguas fuiſſe aequales*. Quodſi enim Iudaeos ſolos cum maioribus ſuis exceperis, qui ſoli conſtantem adeo primaeui ſermonis conſeruabant uſum, ut ne in Aegypto quidem ulla ratione ab eadem ſeſe auertere conceſſerint, β) ceteris quidem omnibus adeo inter loquendum uariare rerum ſigna celebre fuit, ut neque uno omnes Patre nati, neque uno unquam idiomate uſi fuiſſe, uiderentur.

§. II.

Diuina tamen et hic prouidentia factum eſt, ut etiam tantopere inter ſeſe diſſi-

β) Nam teſte ELIA, *in Praefat. Methurgem.* nec non BOCHARTO, *in Phaleg*, *p. 59*, Iudaei in Aegypto tria non mutarunt, nimirum, שמותם מלבושם ולשונם: i. e. *Nomina, ueſtimenta, et linguam ſuam*.

diſſidentes linguae nonnulla nihilominus de prima ſua communi omnium, ex qua deſcenderunt, matre ſupermanentia oſtendere potuerint rudera, priſtinae ueluti concordiae certiſſima indicia. γ) Quae cum ſagaciores ſucceſſu demum temporis animaduerterent, δ) et tam ineuitabili Γλωττοσυγχύσεως malo obicem amplius opponere uix poſſent, coeperunt de adminiculis cogitare quibusdam, quorum beneficio aliqualem ſaltem inter linguas uſu iam diuturno receptas reſtituere poſſent concordiam. Sed enim ibi ultra uota proceſſerat nemo,

γ) Quod ipſum, praeter b. CALOVIVM multosque alios, ipſe etiam AVGVST. STEVCHVS EVGVBINVS *ad Gen. cap. XXXVII* agnouit, inquiens: *Lingua Ebraica, ut ceteris linguis prior ac vetuſtior, ita OMNIBVS* NB. *admiſta et quaſi interſperſa. In omnibus linguis reperies quidquam ex eius uocabulis, imo linguae Chaldaica, Syra, Punica, et Aethiopica tantam cum Hebraea habent ſimilitudinem, ut eaedem pene eſſe uideantur.*

δ) Ita R. ABEN-ESRA ſua iam aetate obſeruauit כי לשון ישמעאל על־מתכונת לשון הקדש׃ i. e. *quod lingua Iſmaëlitica in plerisque linguae ſanctae conformis eſſet*, ceu ex eiusdem *Comment. ad Gen. I* uidere eſt.

mo, cum, qui temporum illorum erat ſtatus, deſiderari magis talia et exoptari, quam ſuperari, aut certo exſpectari, poterant. Noſtra uero et maiorum aetate non modo eadem repetita ſunt deſideria, ſed et tandem felix tanto operi iactum eſt fundamentum ε), quod etiam in dies ſingulos ſua capeſſebat incrementa tantopere, ut ſucceſſu quidem temporis uix ulla ſupereſſet in orbe LINGVARVM, quae quidem non ſuam

ε) Fundamenta illa, quantum quidem hactenus aſſequi potui, ab AGATHIA, IORNANDE, et PROCOPIO, adeoque a Sec. poſt N. C. V et VI ſaltem apud Europaeos non male deducuntur, quamuis enim et Sec. III *Origeni*, et Sec. IV *Hieronymo*, res haec ignota prorſus non fuerit, parum tamen ab iis praeſtitum, cum magis ardua et ſalutaria in Eccleſia Dei ipſis efficienda incumberent. In quibus et pollicem mihi premit FRANCISCVS IVNIVS, *in ſua ad Grammat. Hebr. Praefat. Francof.* 1580 edita, hanc in rem ita ſcribens: *Non tantum Indicam, Perſicam, Babylonicam, Armenicam, Syram, Arabicam, ſed et Gothicam, linguam Ebraeae eſſe coniunctiſſimas, ac huius rei multa exſtare apud Procopium, Agathiam et Iornandem documenta.*

ſuam cum ceteris in enumerato hodie iam haberet Harmoniam ς).

A 4 §. III.

ς) Nam praecipuas Orientis linguas cum Hebraea contulit HOTTINGERVS *in Lex. Harm.* *Latinam et Graecam* CRVCIGER, ſpeciatim *Germanicam* CLAVDIVS MITILERVS, ANDR. CORVINVS, CHRIST. RAVIVS, nec non LANGIVS in Claue, aliique. *Danicam* OLAVS WORMIVS, et STEPHAN. GVICHARDVS. *Talmudicam* cum *Latina* DAVID COHEN DE LARA in עירדוד *Punicam* cum *Hebraea* D. THOMAS REINESIVS. *Indicam, Perſicam, Armenicam, Aegyptiacam* et *Troglodyticam* IVNIVS *in Orat. de Lingu. Hebr.* *Sinicam, Malaicam, Iauanicam*, et alias *Americanas* ὁ Πάνυ AVGVSTVS PFEIFFERVS, *Germanicam, Graecam, Latinam, Hebraicam*, et *Aethiopicam* cum *Arabica* IVSTVS HELFRICVS HAPPELIVS *in Inſt. Lingu. Arabicae*, *Perſicam* et *Germanicam* GRAVIVS *in Element. Lingu. Perſ. p. 90. ſq.* *Syriacam, Samaritanam*, ac *Aethiopicam* Celeb. D. IO. HENR. MAIVS. *Aethiopicam cum Orientalibus* reliquis BENED. AND. STAVDACHERVS *in Iona Vate.* *Hebraeam, Chald. Syriac. Samarit. Aethiopicam, Arabicam, Grammaticam* dedit EDM. CASTELLVS *in Lexico Heptaglotto*, alii alias, ſi non omnes pari ſucceſſu, nulli certe poenitendo conatu. Plures qui noſſe cupit, adeat WASERVM *in Comment. in Mithrid. ut et ante laudat.* PFEIF-

§. III.

Non quidem diſſimulare poſſum, circa hoc quoque tam ingenioſum ſtudium nullo non tempore multos minus decenter uerſatos fuiſſe, cum innocentiſſimum hoc aliorum inſtitutum ad teterrimos plane traherent abuſus. Quia enim quandam Hebraeam inter reliquasque linguas deprehenderant conuenientiam, uel nomina etiam, quae in Pandectis Moſaicis occurrerent, propria, ingenioſa magis alluſione, quam ſolida demonſtratione, ex alienis linguis illuſtrari quodam modo poſſe uiderant, eo tandem extremorum delapſi fuerant, ut, quem honorem HEBRAEAE, *communi linguarum*, ut HIERONYMI utar uerbo, *matrici conferre debuiſſent* potius, eius tandem filiabus, et iis ſaepius multum a primaeuo dicendi genere abludentibus, adſcriberent, adeoque ima ſupremis miſcerent, quadrata rotundis. Quod ſane plus ſimplici uice eueniſſe, et Hiſtoriarum Annales, et ipſa, quae in hanc rem publice proſtant, documenta, commonſtrant ſatis abunde. Primus fere omnium, ſi recte memini, qui uiam pan-

FERVM *in Introd. in Orientem Diſſert. II pag. 70, ſqq.*

pandebat illi quidem abuſui, PSAMMETICHVS Phrygum rex fuiſſe dicendus eſt, qui non alia inductus ratione *Phrygiae linguam*, poſthabitis reliquis, ueluti coelo delapſam, a Diisque inuentam crepabat, quam quod puelli ab incunabulis hircino illi adſueti ſonitui, primam quoque omnium hircinam, at Phrygicam ſimul, (ζ) edebant uocem. Sed enim putrida illa, per BEK, in primogeniam linguam inquirendi ratio ſuis merito relinquitur auctoribus, partim, quod, linguas hominibus, prouti et brutis, cum et his ſuus quidam naturalis eſt ſonus, temerario prorſus auſu, naturales eſſe, inferat, cui tamen errori dudum iam dicam ſcripſit *Wittenbergenſium Philoſophus Cl.* IOANNES SPER-

ζ) Totam illam Hiſtoriam, quae apud HERODOTVM extat in Euterpe, *c. II*, et CLAVDIANVS carmine ſequenti deſcripſit.

- - Dat cuncta uetuſtas
Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius ultra
Reſtitit, humani poſtquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxauit guttura uocem
Beccos - - -

Vide ſis eam in rem quoque POLYD. VIRGILIVM *de Inuent. Rerum Lib. I. c. 3.*

LINGIVS, η) nec non celebris POIRET, θ) ac omnium quidem recentiſſime, magnum Academiae Vltraiectinae quondam decus, IO. LEVSDENIVS, ι) partim, quod et ipſa ſuo ſeſe commento ſola conficiat, quando hinc eodem plane iure non uni linguarum, ſed pluribus etiam, id genus honoris tribui et uindicari poſſet. κ)

§. IV.

Quemadmodum uero non, ubi errare coeptum eſt, errorum finis eſſe ſolet, ita nec cum *Pſammeticho* intercidit ille HARMONICI ſtudii abuſus, quin potius et aliis, atque, quod mirum eſt ſaepius, non infima eruditione praeditis uiris impoſuit, ut, quid diſtarent aera lupinis, uix ipſimet agnouiſſe uiderentur, ſed nubem pro Iunone, Ceruam

η) *in Anthropologia, qu. VI c. 6.*

θ) *in Cogitat. Rational. Lib. I c. 2, p. 12, ſq.*

ι) *in Philologo Hebraeo, p. 162, ſqq.*

κ) BEK enim illud, quod Phrygibus panem denotat, Germanis peluim aeque ac piſtorem. Nobis Hungaris autem BAK ipſummet hircum, cuius illa uox eſt, clariſſime deſignat. Ergo iam et has linguas primogenias eſſe ſequeretur, ſi idem principium ficulneum procederet.

ıam pro Minerua amplectentes, CANA-NAEAM modo, mox CHALDAEAM, modo ARAMAEAM, mox iterum ARA-BICAM, aliasque, inter primas colloca-re ueriti non ſint. Namque, ut per exempla abeamus, CANANAEAM certe n illud honoris faſtigium euehere, prae-er ABEN-ESRAM, ERPENIVM, SCA-LIGERVM, atque CLERICVM, non lubitarunt LVDOV. ELIAS du PIN, λ) ACOBVS item GVSSETIVS, μ) CAM-PEGIVS VITRINGA, ν) et omnium ecentiſſime quoque BERN. HENNIN-GVS WITTERVS, ξ) qui omnes, quod ıon diffiteor, hinc ſcripturam, ο) hinc adcu-

) *in Proleg. ad Biblia, cap. IV.*

) *in Comment. Lingu. Ebr. p. 1.*

) *in Lib. I Diſſ. I Obſeru. Sacrarum, c. II p. m. 18. ſqq.*

) in uulgatis iam ante annos VIII propemodum *Iſraëlitarum Iuribus perpetua Geneſin commentatione illuſtrantibus, pag. 25, ſq.*

) Prouocare quippe hic conſueuerunt ad *Eſ. XIX, 18,* in quo loco ſigillatim ABEN-ESRA plus quam pueri in faba ſeſe inueniſſe ratur, exclamans ideo in Comment. ad h.l. וזה נלמוד כי הכנאנים בלשון הקדש המדברים: h. e. *Exinde diſcitur, quod Cananaei lingua ſancta locuti fuerint.* Sed quam elumbis, una cum

adcuratam linguae iſtius cum nominibus Biblicis praetexere norunt conuenientiam, ſed quam nihil prorſus omnia illa, quibus ſtipati ſunt, argumenta ualeant, excuſſit incomparabilis IO. CHRISTOPHORVS WICHMANSHAVSENIVS, π) et ſigillatim quidem dubia *Witteriana* ſolide, pro more ſuo, confecit Adm. Reu. Dn. IO. HERMANNVS ab ELSWICH, ϱ) Praeceptor quondam noſter, numquam ſine grata commemoratione abs nobis comminiſcendus, quorum DVVMVIRVM laboribus ſi quis adiecerit celeb. Patris LVDOV. THOMASSINI, σ) hic etiam erudite nauatam operam, facile utramque in hoc argumento contra diſſentientes abſoluet paginam.

§. V.

cum ceteris ſuis ratiunculis, et haec ſit ratio, excuſſerunt alii. Certe ABEN-ESRAM ſigillatim hoc nomine caſtigauit R. DON ISAAC. ABARBANEL *in Comment. in Proph. ad h. l.*

π) *in Diſſert. Philol. qua L. Ebraeam de Cananaea triumphantem ſiſtit* per totum.

ϱ) *in Obſeru. Philol. ſuper Cl. B. H. W. Comment. in Gen. et ibi quidem Obſeru. III p. 18, ſqq.*

σ) *in Gloſſario Vniuerſ. Hebraeo Praef. P. II, 8, 7, p. 35, ſq.*

§. V.

Sic quoque linguae CHALDAICAE us ueluti primogeniturae prae HE-BRAEA concedere, ex eodem capite, non dubitarunt alii, ac poſt PHILO-NEM quidem IO. CASP. MYRICAE-VS, τ) et qui partes eius ſibi defendendas ſumſerat THOMAS CAMPANEL-LA, υ) a quibus parum profecto abludit etiam BRIANVS WALTHONVS, φ) et GEORG. VENETI, χ) qui, praeter plauſibilem uocum quarundam, et ipſorum etiam accentuum cum Chaldaismo intercedentem ἀναλογίαν, illud quoque praetendere norunt, quod et in ipſis ſacris literis Spiritus Sanctus CHALDAEOS, גוי מעולם i.e. *gentem a ſeculo*, ψ) IVDAEOS contra χαλδαίων προγόνους ω) nuncupare non dubitauerit,

τ) *in Praef. Grammat. Syro-Chaldaicae.*

υ) *De Senſu rerum et Magia, Lib. IV, cap. II, p. 765, ſeqq.*

φ) *in Apparatu ad Biblia Polyglotta Anglica Proleg. III, num. 13*, ubi pro ſua hac ſententia citat *Scaligeros, Voſſios, Breerewodos, Capellos, Poſtellos, Genebrardos, Bochartos, Seldenos*, et alios.

χ) *Tomo I de Hiſtoria Sacramentorum, Sect. III.*

ψ) *Ier. V, 15.*

ω) *Iudith. V, 5, 6.*

rit, quod et illud accedere perhibent robur, quod Chaldaicum Idioma prae reliquis omnibus ſit facile ſimpliciſſimum, quodque praeterea et hominum antediluuianorum nomina omnium commodiſſime exprimat. Sed enim, quam et hi trophaea ante uictoriam cantent, ſolide euictum dederunt, quoad ſingula hactenus recenſita momenta, b. ABRAHAMVS CALOVIVS, α) BARTHOL. MAYERVS, β) FVLLERVS, γ) IO. BVXTORFFIVS, δ) AVG. PFEIFFERVS, ε) atque omnium quidem, ſi recte memini, recentiſſime Excell. Dn. ERN. CHRISTIANVS SCHROEDERVS, ζ) quorum omnium ſi quis penſitauerit argumentorum pondera, certiſſime ſpero fore, nullum tam facile in contrariam amplius propenſurum eſſe ſententiam.

§. VI.

α) *in Critico Sacro, p. m. 308.*

β) *in Philologia Sacra, Part. I, p. 21.*

γ) *Miſcellaneorum Theolog. Lib IV, c. 4.*

δ) *in Diſſert. Philol. peculiari de Conſeruatione Linguae Hebr. §. 7, ſq.*

ε) *in Diſſert. de Lingua Protoplaſtorum ſeu primaeua Aſſert. IV* per totum.

ζ) *in Diſſert. Philolog. de Lingua prima, occaſione Oraculi Moſaici Gen. XI, 1.* Wittebergae 1706 hab. *Sect. II, §. 3.*

§. VI.

Sed et SYRIACAE antiquiſſimis uoque temporibus hunc honorem rae reliquis concedere non dubitaınt uiri ii cum primis, quorum praeordia maiori in patriam ſuam, quam eritatem ipſam, ferebantur amore. ua in parte etſi percuperem ex eoım numero exemptum Diuum THEOORETVM, abſoluere autem quo miıs hic eum poſſim, per ſeipſum uix cet, cuius et ſcripta hodienum proıntia id late loquuntur, eundem orſitan, quod et eſſet Syrus, et Antioıiae ſigillatim, ubi poſtea Epiſcopam etiam geſſit, natus,) patrium idioa omnium primum, Hebraeum uero primo ortum aſſeuerare non dubiſe. *η*) Cui poſtea ſententiae Syri quoe MARONITAE de MONTE LINO *θ*) lubentiſſime etiam ſubſcripſent, *quod eiusdem cum Theodoreto et paae ciues et Idiomatis forent alumni.* Et quid

in Quaeſtionibus in Gen. qu. XII et LIX.

Quos inter eminet GEORGIVS AMYRA, *et* GABR. SIONITA, qui Saec. XVI ex Syria in Galliam aduenerunt, et ſubſidiis a rege Galiae ſuppeditatis linguae Syrae cognitionem pud Europaeos iterum accenderunt.

quid dicam amplius? Ipſi ATHANASIO KIRCHERO Fuldenſi ι) ex Europaeis affirmatiua hic itidem non diſplicuit, tantum quod non omnimode Syris hic adſtipulatus eſſe uideri uoluerit. Quodſi autem inquiſiueris, quo tandem omnes hi in opinione ſua nituntur praeſidio, experieris et iſtos, ſigillatim autem GEORGIVM AMYRAM κ) exactam hominum et uerborum in *Vet. Inſtr.* occurrentium cum ARAMAEA obiicere conuenientiam. Sed, quid diſtent et hic ab ouis poma, a quadratis rotunda, docent luculenter poſt CORN. A LAPIDE λ) CALOVIVS ὁ πάνυ, μ) PFEIFFERVS, ν) WALTHONVS,

ι) *in ſplendido Opere, quod inſcribitur Oedipus Aegypt.* (*tribus complexus partibus, cuius Ichnographiam uideſis in Prodr. Copt. p. 333,*) *Tom. II Claſſ.* 2, *p.* 51, ubi diſtinguit inter *antiquiſſimam linguam dogmaticam ſeu doctrinalem*, quam uult Hebraeam, *et Idiomaticam ſeu Vſualem*, quam facit Syram, annon uero hoc pacto magis ſeſe accuſauerit, quam excuſauerit, eruditi iudicent.

κ) *in Praefat. Grammat. Syriae.*

λ) *Comment. in Geneſin ad Cap. XI, p.* 137.

μ) *in Bibl. Illuſtr. fol.* 296, *et Anti-Grot. ad Gen. XI.*

ν) *in Introductione ſua in Orientem, p.* 6.

NVS, ξ) MAYERVS, ο) SCHROEDERVS, π) ſupra iam cum laude commemorati, quorum omnino labores conſuluiſſe et hic operae fuerit pretium. Non poſſum uero non eam in rem unam duntaxat et eam quidem rotundam IOSEPHI SCALIGERI afferre ſententiam, qua Syrorum in hoc capite oppugnatam ſuo tempore iuerat arrogantiam, inquientis: ϱ) *Melech certe prius eſt, quam Malko, quare ſi aſſeris, Syram eſſe uetuſtiorem Ebraea, perinde eſt, ac ſi dicerem, Idioma Italicum Latino uetuſtius eſſe.*

§. VII.

Quid uero iam dicam de ARABICA, quam certe itidem, ſuperiore admodum ſaeculo, non nemo eruditorum inter primas numerandam eſſe cenſuit, ea potiſſimum inductus ratione, quod uideret, omnium Philologorum fere ſententia concedi, uel ipſas, quae a fronte ſtatim in Pentateucho extant, uoces σ) aliun-

) *Loco ſupra citat. Prol. III, n.* 7.
) *in Philol. Sacra Part. II, p.* 246, *ſqq.*
) *in Diſſert. ante citat. §.* 3, *ſq.*
in Epiſtola ad Richardum Thomſon exarata.
Ita enim ראשית ab Arab. radice, رأسا

 Raaſa

aliunde,quam ex Arabica lingua, deduci ac illuſtrari commode uix poſſe.Sed quid iam opus eſt ea ſilentio premere,quae in aprico ſunt, et ſaltim penes eruditos in ſole poſita? Quotusquisque enim non nouit, IO. MORINVM, τ) IO. HENR. HOTTINGERVM, υ) RICH. SIMONIVM, φ) IVLIVM BARTOLOCCIVM, χ) proh! quanta inter eruditos nomina, in eam rem ſua aetate quoque ſuum inclinauiſſe fauorem, ut exiſtimarent, (harmonico certe linguarum ſtudio et hic mire decepti,) totam Grammatices Ebraeae ſcientiam ab Arabibus utique arceſſendam eſſe. Quod quidem ſi uerum eſſet, non omnino diffiteor, ſaltim penes quam plurimos illud

Raaſa, quod praefuit ſignificat, אלהים ab Arab. أَلَهَ *Alaha*, i. e. religioſe coluit, השמים ab Arab. سَمَا *Schama*, i. e. altus, elatus, fuit, ארץ itidem ab Arab. أَرِضَ *Araz*, i. e. inclinatus, depreſſus, humilis, fuit, deriuandum eſſe.

τ) *in Exercitat. Biblicis, p. 116, ſq.*

υ) *Lib. I Smegmat. Orient. cap. VII, p. 102, ſq.*

φ) *Libro I Hiſt. Criticae Vet. Teſt. cap. XXX.*

χ) *in Bibliotheca Rabbinica, p. 42.*

lud pro explorato futurum eſſe, quaſi Hebraea lingua ſua ſe antiquitate tueri uix poſſit. Quodſi enim illius Literae et Vocales ab Arabum Literis ac Vocalibus, atque ſigillatim quidem, ut uolunt huius ſententiae patroni, *Schua Ebraeorum* a *Gieſmate Arabico*, deſcenderunt, Nominum quoque et Verborum flexio Ebraeis mutuatitia duntaxat eſt, colligendum utique foret, non magis de eius rei dubitandum eſſe ueritate, quam, uti euictiſſimum eſt, *Gallicam* aeque, ac *Hiſpanicam*, nec non *Italicam*, ſuos *Latinae linguae* adſcribere natales, quando omnes hae et literis et uocibus reliquisque illam imitatae fuerint. Celebre hinc illis etiam eſt plus ſimplici quidem uice crepare, primos Ebraeorum Grammaticos, utpote IVDAM CHIIVG, ψ) et IONAM CORDVBENSEM, ω) Arabica omnino lingua ſcripſiſſe, quin imo et in ſuis conficiendis Grammaticis Methodo plane

ψ) Vel ut aliis audit HIIVG, qui *V de Grammat. Ebraea Libros* compoſuit.

ω) Qui et BENIANA dicitur, et VII in hoc genere compoſuit libros, quorum poſtremus *Lexici Ebraei* inſtar eſſe poteſt.

Arabibus familiari uſos fuiſſe. α) Quo quidem argumento praeter alios ſibi mirifice placet SIMONIUS, β) quod tamen omne non alio, quam Harmoniae turpis abuſus, itidem nititur fundamento. Praeiudicium autem hoc duntaxat eſſe, et imbecillimum penitus argumentum erudite ac ſolide pro more ſuo euicit, magnum illud Dreſdenſium Lumen, Summe Reu. Dn. VAL. ERNESTUS LOESCHERUS, γ) (qui ut ſit adhuc לימים רבים מותובים *ad explendum ſuum propoſitum in arcanis ſuis literariis orbi erudito iamiam patefactum, id eſt, quod multis a S. Numine contendo precibus.*) Siue enim uel maxime concederemus, aeuo medio a Iudaeis, inter Arabes uictitantibus, Hebraeum Grammatices ſtudium reſtitutum fuiſſe, anne igitur integrum erit inde concludere, Arabicam

α) Conſiſtit illa Arabum Methodus potiſſimum in eo, quod initio de *Nomine*, poſthac de *Verbo*, poſtremo de *Particulis* agerent, quam tamen non Arabicam, ſed potius communiſſimam et naturalem fere diceres, omnibusque terrarum populis receptiſſimam.

β) *in Hiſt. Critica V. T. l. c.*

γ) *in eruditiſſimo opere de Cauſis L. Ebr. Lib. I Cap. XI §. I, ſq. p. 148.*

bicam ex hoc quidem capite primigeniam dici omnino poſſe? Hanc ego certe uiris illis ᾽ἀσυλλογιστίαν improperare non auſim. Quid, quod non modo diuerſa declinandi et coniugandi Arabibus in multis ſaltim eſt ratio, quam Ebraeis? Id cum primis etiam praetermittendum non eſt, ante IVDAM CHIIVGVM, ipſumque etiam IONAM CORDVBENSEM ſuos iam extitiſſe Iudaeis Grammaticos, nam, ut refert ex *antiquiſſimo quidem Fragmento MSCto*, ipſe hic contra ſe et ſuae cauſae patronos agens, RICH. SIMONIVS, δ) ex eoque, ante laudatus incomparabilis famae Theologus iuxta, atque Philologus, V. E LOESCHERVS, ε) non unus ſaltim, ſed quaterni, et quini etiam, iſtos anteceſſerunt Grammatici. Praeceſſerat enim CHIIVGVM, SAADIAS HAGGAON, ζ) praeceſſit Anonymus Hierosolymitanus, η) quos demum inſecutus

 eſt

) *loc. cit. pag. 152, ſq.*

Lib. laudat. §. 3, p. 149, ſq.

Phitumenſis, qui librum ſcripſit Collectionis L. Ebr. et de elegantia.

Proſtant eius libri *Grammatici, qui, Iudaeorum iudicio, inſtar ſapbirorum ſunt coruſcantes.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſt Rabbi ADONIM BENTANIM, θ) nec non Rabbi IVDA BEN CHARIS, ι) et ipſe quoque MENAHEM BEN SVRACH. κ) Immo inter ipſos Arabes, aetate uti prior erat ADONIM LEVITA, λ) ita etiam iam ante CHIIVGVM ſuam, multis eam in rem confectis libris, hic non infeliciter nauauerat operam, de quibus tamen omnibus, nec HOTTINGERVS, nec ipſe etiam RICH. SIMONIVS, hactenus euictum dederunt, omnes hos ad morem Arabum, ut a quibus plurimi eorum erant remotiſſimi, ſuas concinnauiſſe Grammaticas. Vt adeo, rebus uniuerſis intimius etiam conſideratis, ſubeat animum admiratio, quo pacto tot eruditi uiri, iucundiſſimo alioquin, et per ſe innocuo, Harmoniae ſtudio, ad tanta deuia deficere potuerint.

§. IIX.

Sed deſino mirari hos, quando alios ulterius, quin et deterius, ſola fere harmo-

θ) Babylonius, qui itidem collectionem ſcripſit.

ι) Qui hac de re quoque ſcripſit, ſed opera illa uix hodie amplius proſtant.

κ) Natione *Hiſpanus*, qui librum unum Grammaticum conſcripſit.

λ) Qui et LABBAT dicitur, ac patria fuerat Arabs Fezzanus, cuius multi libri eam in rem extitiſſe dicuntur.

monica linguarum collatione, prolapſos eſſe memini, quo nomine ab eruditis merito accuſatur GOROPIVS BECANVS, μ) et, qui eum ſecutus eſt, LAEVINVS TORRENTIVS, *) quos utrosque praepoſterum in Harmoniam linguarum ſcrutinium, ad tam portentoſam, et cachinnis potius, quam argumentis, excipiendam, aut, ut LIPSII ν) utar uerbis, *Riſum, uix oppoſitionem, merentem*, compulit ſententiam, ut, uix non omnium Nominum propriorum, in Geneſi conſpicuorum, rationem ex Belgica ſua lingua accerſi poſſe, putarent, ξ) colligerentque in de

μ) *In Hieroglyphicis ſuis*, cuius totum fere eſt argumentum, agere de *L. Cymbricae, ſeu Flandricae, uel, ut communiter audit, Belgicae* antiquitate prae caeteris.

*) uide VAL. ANDREAM, *in Biblioth. Belgica*, et POSSEVINVM *in Apparatu*, qui eius merita et eruditionem deſcribunt. Idem poſt eum ſtatuit ADRIAN. SCHRICCKIVS RODORNIVS, qui, teſte MORHOFFIO *in Polyhiſt. Lib. IV, c. 3, §. 4, p.m. 24, a Cymbrica* etiam uocum Ebraicarum originem ridicule arceſſendam putat.

) *Lib. III epiſtolarum ad Belg. n. 44.*

) Nam, u. g. *in Lib. cit.* BECANI, nomen Hebr. אדם ei deriuatur, ab Hollandico Haat-Dam, i. e. ager odii, חוה quaſi ab Ev-vat, i. e. uas ſecu-

de, *Cymbricam* profecto eam eſſe, qua et Adamus olim utebatur, quaque uetuſtior quaepiam eſſe non poſſit. Quam autem ſtramineo prorſus opinio haec nitatur fundamento, ipſimet eiusdem auctores agnouiſſe uidentur. Quare, ne ſua illico excidiſſe uiderentur prouincia, illo cumprimis defenſionem ſuae ſententiae ſuſcipiunt argumento, quod illud extra controuerſiam omnium antiquiſſimum idioma eſſe oporteat, quod ſit ſimpliciſſimum, talem autem eſſe linguam Belgicam, liquere uel exinde, quod uix non omnes uerborum radices, in mera exirent monoſyllaba. At enim uero, quodſi egregia hac, ſi diis placet, ſtandum eſſet ſententia, annon et Hungarica cum Cymbrica hic de palma adhuc

ſeculi, אבל quaſi ab Haat-Belg, i. e. odium belli, קין quaſi ab Quat-Einde, i. e. malus finis, מתושלה a Maackt Uſaligs, i. e. ſalua te, שם a Semt, i. e. decet, חם a Quat-Amt, i. e. malus magiſtratus, נח a Noat-acht, i. e. curans neceſſitatem, נמרד a Nims-Brod, i. e. raptor panis, בהמות a Veenhod, i. e. pecudum et inimicitiae caput, et uerbum כתוב ſcribere ipſi per Metatheſin eſt a Bock-tecken, i. e. librum ſignare, et, quae ſunt ſexcenta talia.

uc certare poſſet, cuius quippe tanta ſt monoſyllabarum frequentia, ut iiſem, quod prorſus memorabile dixeris, ix non omnia totius corporis humani iembra, non ſine uenuſtate exprime poſſis, o) quod, an Flandrica praeſta queat, ego non decerno, ut, cuius ıe ignarum eſſe, non diffiteor. Hunaricam tamen eſſe ex hoc capite priıigeniam, euincendum ego quidem mii non ſumo, ueluti idem GOROPIVS ECANVS, in ſuis Indo-Scythicis et ermetſana, Linguam Scythicam pro nnium antiquiſſima et principali uentare nullus dubitauit. Quin immo, ſi el ullum duntaxat huic ſententiae int robur atque momentum, Chynaica, el ut alii exprimere amant, Tſinaica)

Vt enim a capite ad calcem rei ueritatem commonſtrem, ſequentia noto. Capillus Hungaris dicitur *Haj*, caput *Fej*, oculus *Szem*, naſus *ór*, auris *Fül*, palatum *íny*, os oris *Száj*. dens *Fog*, mentum *ál*, lingua *Nyélv*, ſputum *Nyál*, collum *Nyak*, tergum *Hát*, cor *Sziv*, uenter *Has*, pulmo *Tüd*, iecur *Máj*, bilis *Epe*, inteſtinum *Bél*, manus *Kéz*, brachium *Kar*, digitus *Uj*, articulus *Iz*, caro *Hus*, ſanguis *Vér*, pinguedo *Sir*, uena *ér*, os oſſis *Tſont*, adeps *Háj*, pes *Láb*, genu *Térd*, ut reliqua taceam.

profecto, tantis quidem cum affluat monoſyllabis, ut et integram *Orationem Dominicam* illa ſola fere conficiant, π) non iam *Cymbricae* ex ea ratione bellum inferre tantum, ſed et facile, ut opinor, proelio maior, herbam palmamque hic ſibi præ illa, eodem iure expoſcere poſſet, quod tamen aeque, ac illud, nemo eruditorum facile admiſerit. Ex his autem, ut reor, ſatis iam conſtat, non unum ex Harmonia Linguarum promanauiſſe abuſum. Sed quid, ſi ulterius etiam in rationes eas inquirendum eſſet, cur et Samaritani *Samaritanam*

π) Depromemus illam *ex Diſſert.* AVG. PFEIFFERI *de Protopl. Lingua aſſert.* 5, *§.* 2, qui eam ex ANGELI ROCHAE A CARNCINIO *Bibl. Vat. p.* 376, deſumſit, eſt autem ſequens. Sci, gin, ta, fu, ciu, cai, tien, tin-Ngo, won, ta, fu, min, je, hin, jam, ngo, won, fu, gin, civon, ſcieu, cui, chici, ye, giu, tien, gin, ſvom, zum, ta fu, ngo, won, ta, fu, fo in, chu ngo. Ngo, ivon, ta, fu, jeu ngo, je, cie, ngo, won, ta, fu, cio, ngo, ci zui, gia, gui, hai, ngo, ngo je cie ci. Ngo, ivon, ta, fu, jeu, ngo. Quei, ſcien, pu, mi, zui, hoh. Ngo, ivon, ta, fu chien, ngo, cui, nam, Amin. Aliam Formulam *Orationis Dominicae Chinenſem*, ſed etiam ex meris Monoſyllabis conſtantem, uideſis in *Theologia noſtra Aethiopica*, *breui* b. c. D. edenda et quidem in *Mantiſſa ad finem.*

nam, et *Indicam* Indi, et Abyſſini, prout apud MARIVM REATINVM ϱ) legere eſt, *Abyſſinam*, et Sinenſes, cum iisque IOH. VVEBBENVS σ) *Sinenſem*, ac Graeci tandem quoque, ut teſtis eſt PATRICIDES τ) atque CRVCIVS, υ) *Græcam*, pro primaeua uenditarent, *) tandem in illud unum omne reſolui uidebitur argumentum, quod Harmoniam Nominum propriorum, in Pandectis diuinis occurrentium, ex ſua quilibet illuſtrare lingua ſe poſſe putabat.

§. IX.

ϱ) *in Proëmio Grammat. Aethiop.* Confer et IOBVM LVDOLPHVM *in Hiſt. Aethiop. Lib. I, cap. I, n.* 17.

σ) Anglus, refer. Summe Venerab. Dn. V. E. LOESCHERO *de C. L. E. L. I, c.* 2, *p.* 15.

τ) *Hiſtoricus* ARABS *in Operibus ſuis.*

υ) *in ſuada Delphica pag.* 43, cum quibus ſigillatim *facit* et EVTYCHIVS *Tom. I, Annal. Alex. p.* 51.

*) Poſſem hic addere et de iis, qui cum IACOBO HVGONE *Latinam* pro primaeua uenditare nulli dubitabant, uel cum GEORG. STIERNHIELMIO, et OLAO RVDBECKIO *Suecicam*, uel cum AD. BOSORITZIO *Slauonicam*, uel plane cum Cl. SALMASIO, M. Z. BOXHORNIO, et PHIL. CLVVERIO *Scyticam*, ſed quia haec recitaſſe, iam tantum infert ac refutaſſe, nolo in his diu morari, qui uero plura legere cupit, eum remitto ad incomparab. MORHOFFIVM *in Polyhiſtore Lib.* 4, *c.* 3, *§.* 3, 4 *et ſqq.* qui haec iam ante nos dudum notauit ac improbauit.

§. IX.

Quanquam autem tam uarius ac multiplex Harmoniae abuſus ſufficiens uideri poterat ratio, cur hoc ſtudium ſusque deque iam hodie eſſet habendum, tamen acceſſit et illud malum longe maximum, quod non defuerint, qui, dum hactenus recenſitas ueluti Charybdes euitare cuperent, in ipſam prorſus malorum Scyllam ſeſe dederunt præcipites, atque adeo, ubi nec ſuam, nec Syram, nec aliam ex enumeratis hactenus, pro primaeua amplecti uellent, nullam deinde penitus primigeniam et reliquarum linguarum matricem uel exiſtere hodie, uel extitiſſe unquam, crederent. Qui uero itidem hac peruerſa perſuaſione laborantes ex eo potiſſimum capite, quod experientia, optima alias rerum magiſtra, edocti eſſent, non unam alteramue, ſed et omnes cum Hebraea, et inter ſeſe, amice prorſus conſpirare, ergo et *natura*, *tempore*, et *ortu*, aequales eſſe, ſatis infeliciter quidem hariolabantur. Cuius uero ſententiae Patroni tanti profecto ſunt nominis uiri, ut, uel hos arietes qui præcedere hic uiderit, uix ipſe quidem ſibi attemperaret, quin, horum quidem legenda hic eſſe veſtigia, plane perſuaderetur. Hic enim et PHILIPPVS CLV-

VE-

VERVS, φ) et IOSEPHVS SCALIGER, χ) et GERH. IO. VOSSIVS, ψ) et HVGO GROTIVS, ω) et HENR. KIPPINGIVS, α) et GEORGIVS HORNIVS, β) et PETRVS DAN. HVETIVS, γ) aliique plures occurrunt. Sed enim et horum omnium ſententiam is exploſerit facile, qui Scripturam Sacram comitem ſequetur. Neque uideo, quid ualeat uelitque illud unicum eorum præſidium, quando a conuenientia linguarum mutua inter ſe, ratione uerborum, colligant ad conuenientiam ratione originis et temporum, cum mihi eodem iure, ex eodem capite etiam, in contrariam partem argumentari liceat, quod ſi omnes reliquae in nonnullis tacite conſpirent, ergo certe probabile eſt, illas quoque ob hanc ſimilitudinem communem quidem et unam omnium matrem agnoſcere debere, prout et, homines nos ab

φ) *Lib. I Germ. Antiquae cap. VIII, p. 71.*

χ) *in Notis ad Euſebium n 1617.*

ψ) *de arte Grammatica, cap. X.*

ω) *ad cap. XI Geneſeos*, nec non in notis *ad Lib. I, de Verit. Relig. Chriſt.*

α) *de Creatione Exercit. XL.*

β) *in Notis ad Lib. I Sulpitii Seueri, pag. 2.*

γ) *in Demonſtratione Euangelica Propoſ. IV, cap. XIII, pag. 242, ſeqq.*

ab uno omnium parente deſcendere, non male collegerit quis exinde, quod inter tot tantosque terrarum incolas, et facie et colore, quin et moribus ſaepius diuerſiſſimos, omnes eodem corpore, et iisdem corporis membris, eadem anima, et iisdem animae facultatibus gaudere deprehendantur, quum reuera etiam, diſſitiſſimos licet ceteroquin mortalium, omnes olim uno creatos fuiſſe ſanguine ſit certiſſimum. Vt adeo, qui hodie iterum iſtam, eruditorum licet Virorum ſententiam, uellet recoquere, ille mihi demum, uel nouaturienti animo praeditus, uel in Scholis Carteſianorum δ) educatus uideretur.

§. X.

Sed uti hactenus quidem minime approbandas ſententias maſcule improbauimus, ita, incommoda iſthaec omnia ex immaturo linguarum Harmonico

δ) Quorum notum eſt principium: *De omnibus dubita?* Et ne quis putet communem hic me tantum ſecutum famam, illud Carteſianis praepoſtere improperaſſe, apponemus uerba ipſius Carteſianorum Principis *Renati de S. Cartes Princip. Philoſ. p. I, §. 1,* ubi exſerte inquit. *Semel in uita de iis omnibus dubitandum eſt, in quibus uel minimam incertitudinis ſuſpicionem repe-*

nico ſtudio promanauiſſe, negare, non poſſumus. In eam igitur forſan iam deſcendendum erit ſententiam, ut ſtudium iſthoc Harmonicum uel ad triremes et Garamantas uſque ex orbe erudito relegetur, uel plane de ponte quaſi ſuo in Tyberim, ad morem depontanorum ſenum, ſi uera eſt trita illa multorum opinio, deiiciatur, ne fortaſſis, hac ſuperſtite, noui iterum in gurgite nantes appareant. Sed enim et hic illius triti meminiſſe iuuabit, *Abuſus non tollit uſum*. Hoc enim niſi ualeret, adhuc profecto et ſolem mundo, et mundum nobis, eripiendum eſſe conſequeretur, quod ille quidem Aegyptiis idololatriae, Indis contra conuitiorum, et EPICVRO *turpiſſimi in Philoſophia erroris*, ut notum eſt eruditis, *occaſio extiterit*, hic uero tantis hodienum abs nobis exponitur abuſibus, ut intactum inuiolatumque prorſus relinquatur nihil, quod non turpiter quidem profanetur, et ad nefandos actus uel inuitum quaſi trahatur rapiaturque. Sane ex floribus et apes mel, et ho-

reperiamus. Quam periculoſum uero hoc ſit aſſertum ſolide excuſſit ex noſtris b. VAL. ALBERTI in Δυπλᾶν Κάππα, ex Reformatis uero Cel. PETRVS van MASTRICHT in *Gangraena Nouit. Carteſian.* aliique.

homines odorem fragrantiſſimum, ſed et araneae peſtiferum exſugunt uenenum. Et quid praeſtantius in ipſo homine *auribus*, *oculis*, *lingua*, *ratione*, rerumque profanarum aeque, ac ſacrarum, *peritia*, et uero nullo non tempore omnibus iſtis turpiter abuſus eſt homo. Nonne autem ridiculum ageret ille, quin et in ſemetipſum magnopere foret impius, qui, ne impia audiret, aliena uideret atque appeteret, loqueretur blaſphema, et in Philoſophiam non minus, quam Theologiam cogitaret iniuria, *auribus*, *oculis*, *lingua*, *ratione* priuare, et in uniuerſum omni ſeſe exuere uellet ſcientia? cum uel hoc nomine, tametſi quidem omnia iſthaec euitare hoc pacto poſſe uideatur mala, ex aduerſo tamen tantis ſe iterum ſpoliaret bonis, ut, ſi utrinque detrimentum cum emolumento conferre uolueris, non una ratione iſtius prae illo, exuperare numerum facile deprehenderetur, quod neque bona *auribus*, nec *oculis* neceſſaria aeque ac iucunda, percipere liceret, nec *ore* fari utilia, nec denique ea, a quorum cognitione hinc temporalis, hinc coeleſtis etiam, noſtra pendet proſperitas, hoc pacto iam intelligere nobis concederetur. Iam autem nec *Harmonica* Idiomatum collatio ſuo carebit

bit uſu, quando inde non modo diuinam admirari *prouidentiam*, quae, in tanta etiam hominum poſt Γλωττοσύγχυσιν illam ubique fere inuecta ſermonis barbarie, id nihilominus effecerit, ut priſtinae labiorum concordiae non pauca apud omnes ſupereſſe uoluerit documenta, ε) ſed et elegantiſſimum, circa addiſcendas linguas uarias, in adiuuandis hominum animis hinc peti poſſit praeſidium. Vt taceam ea, quae ad ſingulas ſigillatim gentes hinc redundant, mille propemodum commoda. Hac quippe ſola opitulante uidere queunt, quid ſibi commune ſit cum ceteris, aut, a quibus huius uel illius uocis natales cum fructu ſummo deriuari poſſint. Equidem CATONIS illius CENSORINI non noſtram, ſed miſſam hic optimo iure, facimus auſteritatem, contenti interea, ſi modo, ne in eosdem, in quos multi, ut iam ex allatis conſtare arbitramur, eruditorum, ex

ε) Non enim tantum quoad diuerſa uocabula diuerſae linguae conueniunt, prout ex toto hoc labore pateſcit, ſed et quoad unam et eandem ſignificationem, quorum nonnulla exempla allegata uideſis in calce huius operis, ſeu *Corollariis*.

ex praeclaro Harmonico linguarum ſtudio ſua ſaltim ſponte, et nulla prorſus ſcientiae huic adhaerente culpa, impegerunt ſcopulos, nos quoque incurramus, ſedulo euitauerimus. Quod ipſum etiam eo magis nos obtenturos ſperamus, quanto minus uel *patriae* cum aliis immaturo amori, uel ulli *eruditorum auctoritati*, praeter rationem quidquam conceſſuri ſumus.

§. XI.

Harmoniam autem *Hungaricam* adornaturis ipſa quaſi rei natura efflagitare uidetur, ut, cum Idioma noſtrum inter linguas *Occidentalium* hodie referatur, quod et regio noſtra, in qua illa uiget, *Occidentem* potius, ratione ſaltim Aſiaticorum, reſpicit, quam *Orientem*, id primum quoque ageretur, ut, ſi quid in haec ſtudia impendendum eſt induſtriae, iis potius concedendum eſſe uideretur, quæ nos propius etiam circumſtant, et continua ſua uel familiaritate, uel ipſorum quoque locorum uicinitate, propius ad confinia noſtra accedunt reliquis. Quo nomine, fateor, non contemnendam alioquin et ille nauaret operam, qui *Græcam*, *Latinam*, *Germanicam*, atque *Slauonicam*, linguas in orbe hoc noſtro Europæo omnino facile

le principes cum *Hungarica* conferret inuicem. Quod ipſum ſane, praeterquam quod hactenus præſtitiſſe uideam neminem, non paucis etiam, ut reor, ſeſe probaret oculis, et iis quidem potiſſimum, qui, uti curioſitate rerum ducti, uel ipſas *Indorum* et *Malabaricorum*, reliquasque exoticorum populorum linguas, perſpectas ſibi reddere, ſumma cum laude adnitebantur hactenus, ζ) ita dubio procul eorum etiam, quae ad ipſos quidem propius prae reliquis accedere uidentur, percuperent uel mediocrem ſaltim ſibi conciliare notitiam. Neque enim adeo nos rerum alienige-

ζ) u. g. AMBROSIVS CALEPINVS, cuius *ἑνδεκάγλωττον* Lexicon luculentum praebet plurium linguarum cognitionis indicium, EDMVNDI item CASTELLI *Lexicon ἑπτάγλωττον* maxime in Oriente celebre, et, qui primo loco nominandus, AVG. PFEIFFERVS, qui adeo quidem linguarum erat gnarus, ut, referente *Celeb. Lipſienſium ICto*, IO. BVRC. MENCKENIO, *70 linguas calluiſſe dicatur*, adeo, ut ſcripturam, quam in omni Gallia nemo legere ualebat, ipſe nihilominus legere et interpretari potuerit, utrum uero ea fuerit, quam *in Dubiis Vexatis Centur. IV, p. 809*, exhibet *de Virgine paritura*, uel alia quaedam *Hieroglyphica*, modo noſtrum non eſt diſpicere.

narum oportet eſſe gnaros, ut tamen eorum, quae nos propius etiam circumſtant, conſiderationem negligamus.

§. XII.

Interea uſque adeo prolixi in his non erimus, ſed tantum, ne auido rerum iſtarum lectori et hic prorſus defuiſſe uideamur, uel leue quoddam Harmoniae quatuor linguarum, antea laudatarum, cum *Hungarica* noſtra, proponemus ſpecimen, ulteriorem rei excuſſionem aliis, quibus et plus temporis, minusque laboris eſt, lubenter relicturi. Atque cum de literis et ſcribendi ratione hic omnibus facile conſtet, illico uoces ipſas inter ſe conuenientes, nonnullas ſaltim afferre licebit. Principe uero loco cum lingua *Graeca* ſequentia quodammodo affinia eſſe deprehendi, v. g.

Gyáſzolok, lugeo, et Graecorum Αἰάζω, quod ſignificat idem, et

Gyáſz, luctus, et Γόος idem.

Bár nehéz, admodum graue, et Ἀβαρὴς onuſtus.

Igen, ualde, et Ἀγὰν idem.

Szellö, aura leuior, et iucundior, inſtar eteſiarum, et Ἀέλλα procella, contrarium.

Egö, ardens, et Ἄιθω, uro, (θ in g. mutato)

Kén,

Kén, dolor, cruciatus, et Ἀικία idem. η)

Eretnek, haereticus, et Αἱρέτης *Elector*, tametſi Latinum Graeco propius accedere non inficier.

E'rzés, Senſus, et Αἴσθησις, idem.

Szégyen, pudor, et Αἰσχύνη idem.

Eke, aratrum, et Ἀκὴ Cuſpis, acies, mucro.

Elég, Satis, abunde, affatim, et Ἅλις idem.

Hal, piſcis et Ἁλία, Cetus, Balena, idem.

Haláſz, piſcator, et Ἁλιεὺς, idem.

Réſz, pars, portio, et Μερὶς, idem.

Anis-Mag, Anethum, et Ἄνηθον, idem.

Meritek, haurio, ex profundo traho, et Ἀρύω, idem, ſed Latinum propius.

Angyal, Angelus, et Ἄγγελος, idem θ).

O'l, Stabulum, caula, et Αὐλὴ aula, quod tamen praeterea non raro caulam denotat.

 Bôgök,

η) Hic ſi priorem ſyllabam αι abiicias, α ult. mutes in *n* liquidum, habebis Hung. *Kin*, uel, ut illi malunt ſcribere, *Kén*.

θ) Prouti et Lat. *Angelus*, et Germ. Engel, et Slauon. Angel, quod forte originem trahit a Syrorum ܒܥܓܠ i. e. *uelociſſime*, ad indicandam Angelorum proprietatem, quae ex eorum eſſentia ſpirituali fluit, propriam magis radicem hactenus non inueni, niſi forte Arabicum عجل *feſtinauit*, *properauit*, ſed tamen prius

Bögök, uocifero, balo, et Βοάω, idem.
Gaz, ſordes, quisquiliae, et Γάζα, opes diuitiae, illius quaſi contrarium.
Bör, cutis, et Βύρσα, pellis in ſpecie brutorum, unde forſan Hung.
Birſág, ſeu mulcta pecuniaria.
Eledel, eſca, cibus, et verbum Δέλω, Eſco, Cibo, cum ſubſtant. Δελεὰρ, cibus.
De, ſed uero, et Δὴ, ſane, profecto, equidem.
Megyek, eo, uado, et Εἶμι idem, unde et Hungaricum *Imé* Ecce.
Egy, unus, et Εἷς, in Maſculino, et Ἕν, in Neutro.
Ottan, ibidem, et Ἐκεῖθεν, idem.
E'l, acies, et Ἑλη ſplendor.
Hét, Septem, et Septimana, et Ἑπτὰ idem.
Idö, tempus, et Ἔτος, annus, quaſi determinatum tempus.
Eſztendö, annus, et Ἐνιαυτὸς, idem. *ι*)
E'des, ſuauis, dulcis, et Ἡδὺς, idem.
Erös, fortis, robuſtus, et Ἥρος, et quod mage quoad ſignificationem conuenit Ἰσχυρὸς fortis.
Aratok, meto, et Θερίζω idem, unde Arato, Meſſor.

Tulai-

prius magis conuenit Angelis, cum ueloces ſint ſine feſtinatione. Poteſt hic quoque Samarit. ܐܙܠ *uiſus eſt*, uel *apparuit*, locum habere, ſed magis ut alluſio, quam genuina ratio.

ι) Hic ſi unicum α mutes in δ, habebis per Anagramma *Eſtindov*, quod Hung. per *Eſztendö* exprimunt.

Tulaidon proprius, et ἴδιος idem, quaſi *Talán* ἴδιον, ſors eſt proprium.

Oruos medicus, et ἰατρὸς, idem.

Kapok, rapio, abripio, auſero, et Κάπτω, comedo. *κ*)

Kapálok, fodio, et Κυπεύο, hortum colo.

Lopás, furtum, et κλοπὴ, idem.

Kaſzakö, Cos, et Κῶς, idem.

Lámpás, Lampas, et λαμπὰς idem.

Nép, populus, et Ναός, templum, forte, quod in hôc populus congregetur, et ſic nomen Hung. ortum eſſet, quaſi contentum pro re contenta nominando.

Látok, uideo, et λάυω idem, item fruor.

Elſeleités, obliuio, et λήθη idem.

Len, linum, et λίνον idem.

Idvözitö Saluator, et Μεσίτης Mediator.

Meny-Aſzſzony, Sponſa, et Μνηςὴ idem, unde fors et alterum nomen *Menyetske* ortum ducit.

Muſika, Muſica, et Μουσικὴ, idem.

Mókus, ſimia, et Μῶκος fatuus, irriſor, vere ſimiae proprium.

κ) Hic eleganter prorſus latet emphaſis uocis Hung. ſi Gr. contuleris, uidetur enim *Kapok* Hung. idem denotare, ac rem faucibus ſuis arripere, et deglutire, ut uel non reddatur amplius, uel ſi reddatur, non tamen integra et debita, ſicuti aues rapaces, quae arripiunt non reddunt, et quod reddunt, male reddunt.

Felybö, nubes, et Νεφέλη idem, inde Germ. Nebel.
Eſz, ratio, iudicium, et Νȣ̃ς, idem.
Hát, tergum, et Νῶτος, idem.
Száraz, aridus, areſactus, et ξυρὸς idem.
Ház, domus, et οἶκος idem.
Hoſzok, fero, et οἴσω, feram.
Elmegyck, abeo, diſcedo, et οἴχομαι idem. λ)
Szem, oculus, et Ὄμμα idem.
Név, nomen, et *Nem*, familia, unde *Nemes*, nobilis, quaſi multis nominibus clarus, et ὄνομα, idem. μ)
Haſzon, utilitas, et ὄνησις idem.
Haragſzom, iraſcor, et Ὀργίζομαι idem, ita et *Harag*, ira, et Ὀργὴ idem, unde Germ. Arg, nam ira uiri non facit Voluntatem Doni, Iac. I, 20.

Árua,

λ) Hic ſi Anagrammatibus ludere liceat, facile ex Graeco uerbotenus dederim Hungaricum, ex illo enim fit Meji, accedat terminatio Verborum Hung. *ek*, et dicendum eſſet *Mejiek*, Hung. autem *ji* mutarunt in *gy*, et ſic prodit *Megyek*.

μ) Quod ſi hic abieceris *o*, *α*, manebit *nom*, *μ* ſi mutes in *υ*, erit *voυ*, ſed cum Hungari frequentius utantur *e* uel ö, quam *o* puro, igitur mutando *o* in *é*, erit *név*, quamquam non nego et Lat. Nomen et German. Nahmen longe felicius hinc deduci poſſe, imo et Slauon.. Meno, nam ſi ὄνομα per Anagr. reddas, habebis *μανο*, *α* in *ε*, mutato erit Meno.

A'rva, pupillus, et ὄρφανος, idem, abiiciendo Syllabam finalem.

Püſpök, Epiſcopus, ἐπίσκοπος, Superattendens, inuigilans.

Rántom, quatio, et Ῥαντίζω, adſpergo.
Ris-Káſa, oryza, et 'Ορύζα idem.
Röhögök, ſtrideo, et Ῥοιζέω, idem.
Egéſſéges, ſanus, incolumis, et Σάος, idem.
Espongyia, Spongia, et Σπόγγος, idem.
Diszno, Sus, et Σῦς, idem *v*).
Talán, forſan, fortaſſis, et Τάλα, idem.
Távul, et *Tul*, procul et trans, uel *Töled*, abs Te, et τῆλε, idem.

Fiu, filius, et Ὑιὸς idem.
Levél, folium, et Φύλλον idem.
Kártya, Charta, et χάρτης, idem.
Ora, hora et Ὥρα.
Ortza, facies, et Ὤψ, idem.

Neque deſunt alia quoque, quae, Græcam linguam cum Hungarica noſtra amice conſpirare, docent. Ita enim, quod e. g. Graecis eſt ἄλφα ςερητικὸν ab initio vocum poſitum, id Hungaris eſt *Lan*, et *Len*, priuatiuum in fine uocum, nam Graecis, v. g. ἀθάνατος, Ἀκά-

v) Hic non eſt, cur mireris, σ in δ, υ in *i* mutatum, cum idem hoc contigiſſe uideas in Graecorum Pronomine σύ, a quo Slauorum Ty ortum, et Germ. Du per eandem fere literarum mutationem.

Ἀκάθαρτος, ἀκατάλητος, ἀκόρεστος, ἄπιστος, et ἀνυπέρβλητος dicitur, qui morte, munditie, ſolubilitate, ſatietate, et fide caret, itemque inſuperabilis eſt. Hungaris uero,

Halhatat LAN, immortalis.
Tiſztáta LAN, impurus.
Oſzthatat LAN, indiuiſibilis.
Telhetet LEN, inſatiabilis.
Hihetet LEN, incredibilis.
Győzhetet LEN, inſuperabilis audit. Et porro, quod Græcis eſt ἀρχὴ in coniunctione cum Subſtantiuis, id nobis Hungaris eſt *Fő*, ut,

Ἀρχιερεὺς Pontifex, Hungarice *Fő-Pap*.
Ἀρχιστρατηγὸς Dux belli Summus, Hung. *Fő-Vezér*.

Ἀρχισυναγωγὴ Archi-Synagoga, Hung. *Fő-oskola*, cet. ut ſilentio praeteream dictiones eas, quas totas prorſus a Graecis cum aliis gentibus mutuarunt, v. g. ἀποθηκὴ Pharmacopolium, Hung. Apatika.

Βιβλίον, in plurali Βιβλία libri, Hung. *Biblia* pro codice ſacro.

Ἐκκλησία, Hung. *Ekléſia*. ξ)

Βιβλιο-

ξ) Eſt quidem hic Hungaris et ſuum uocabulum, nempe *Szent-Egy-Ház*, id eſt ratione nominum ſeorſim conſideratorum *Sancta-Vna-Domus*, procul dubio ex uerbis Symb. Apoſtolici (ubi dicimur credere *Sanctam, Vnam, Eccleſiam Catholicam*, quod Hungari eleganter exprimunt, *Kereſztény Annya Szent-Egy-Ház*, qua-

Βιβλιοθήκη, et Bibliotheca.
Ἐυαγγέλιον, Hung. *Euangeliom.*
Ἀπόςολος, Hung. *Apoſtoly.*
Κύμβαλον, Hung. *Tzimbalom,*

Et quae ſunt alia his confinia.

§. XIII.

De *Latina* quidem hoc minus dubitare licet, quo certius inter omnes conſtare credo, eam plurimarum inter Occidentales haud immerito conſtitui poſſe matrem. *Hungaricam* autem, per plurima iam ſaecula, in Occidentem introductam eſſe, etiam in propatulo eſt, ut adeo uel hinc de mutua harum Harmonia non infeliciter argumentari forſan liceat, cum primis ubi et ab Hungaris magno ſemper pretio (quod tamen absque iactantia gentis meae dixerim,) aeſtimata fuerit Romana facundia, quam etſi non omnes prorſus Hungari aſſequuti fuerint, quod multis debita, ni fallor, hic deerat informatio, omnes tamen fere Hungari, et omni quidem tempore, adeo

quaſi *Chriſtianam Matrem S. Vnam Domum,)* deriuandum, ſed enim tam frequens fere illius ac huius apud eos eſt uſus, ut adeoque et in hoc Hung. cum Graecis conuenire non abs re dixerim.

adeo linguae huius tenebantur amore, ut, ſi non *Latine*, ſaltim *Latinum* loqui, uel ipſi quidem ruſtici noſſent, quod uel ipſis Germanorum haud paucorum, quibus noſtras inuiſere oras conceſſum fuit, ſuffragiis comprobare facile poſſem, ni noſſem, in re omnium luci expoſita, iſto quidem labore me tuto ſuperſedere poſſe, maxime cum et in Alma hac Leucoraea hucdum nota ſit Hiſtoria. Dum enim Saeculo ſuperiori *Illuſtriſſimus Comes* EMERICVS THVRZO DE BETHLEM-FALVA, eo tempore hic ſtudiis uacans, ſed et dignitate *Rectoris Academiae Magnifici* coruſcans, poſt obitum magni Parentis ſui GEORGII THVRZONIS, *Comitis et Palatini Hungariae*, domum reuocaretur, ecce ruſtici Aruenſes turmatim accedebant, et in medio foro conſiſtentes, Dominum ſuum Terreſtrem reuocare cupientes, Latine fati ſunt, clamantes, *Date nobis Dominum!* magna cum totius Academiae et urbis huius admiratione. Neque tamen, cum Latinitatis Ciues mei Hungari tanti ſint amatores et cultores, ſibi propterea piaculum ducunt, etiam uoces origine et ſignificatione Hungaras latinitate donare, maxime uero eas, quibus in foro et Proceſſibus iuris patrii utuntur, qua-

rum

rum prolixum ſatis catalogum dum ſpectabilis quondam et multis in patriam ac Eccleſiam noſtram meritis illuſtris, Iuris utriusque Practicus, *Dominus* PAVLLVS OKOLITSANI, celeberrimis DD. ICtis huius Vniuerſitatis transmiſiſſet, non paruam illi admirationem et iucunditatem inde perſenſere. *o*) Sunt tamen etiam non paucae uoces Latinae, quas illi iterum ciuitate ſua

o) Ita enim, ut pauca interſpergam, in Iure Regni Hung. *Mulcta*, ut dici ſolet, *Iudiciaria*, dici conſueuit *Birſágium*, ab Hung. *Birſág*, quaſi redemtio, ſolutio, et *Iobbagyones* dicuntur ſubditi; ſeu *ii*, qui (ut ICti noſtri loqui amant) Dominum Terreſtrem agnoſcunt, ita *Weywoda* dicitur Vice-Gerens in vicinis prouinciis, u. g. olim *Tranſyluaniae*, *Valachiae*, *Moldauiae*, *Principes* dicebantur Weiwodae. Neque tamen haec quispiam dum legit, eos in alterum extremum inclinare, et cum Latina in ſuam transferre nolint, ipſi ſua Latinis ueluti obtrudere uelint, ſentire debet, hoc enim totum fit, quod in antiquiſſimis Regni noſtri conſtitutionibus haec talia recepta ſunt, quae per magis Latina exprimere uelle tam conſultum non eſt nobis, quam Germanis quoque integrum non eſt, ex Iure ſuo Terminos Teutonicos eiicere, ita u. g. *Feudum*, et Ius feudale ſunt termini iis tritiſſimi, et tamen utros-que

ſua donarunt, hac ratione defectui linguae Hungaricæ conſulere cupientes, v. g. *Acetum*, et Etzet, idem, *Aes*, et E'rtz, idem, *Aut*, et Avagy idem, *Anethum*, et Anis-mag idem, *Altare*, et Oltár idem, *Adamas*, et Gyémánt idem, ſed potius a Germ. Demant. *Caſtellum* et Kaſtélly idem. *Chorus* et Korus, idem. *Circulus* et Tzir-

que a Teutonicis ortos eſſe nemo negauerit, niſi qui hic ipſimet Celeb. ICto NICOL. HIER. GVNDLINGIO bellum inferre uellet, quando ipſemet *in Gundlingianis p. 22, Feudum ab* **Od**, i. e. **Eigenthum**, et **Feh** ſeu **Vieh** deriuat, quia **Feh** uiui aliquid deſignet, et **Föa** uel **Föda** Germ. antiquis idem fuerit, ac generare, referentibus ex eodem *Actis Erudit. Germ. anni 1719, Parte LXIII, pag. 167.* Ex quo etiam non male ominor factum eſſe, cur quidam Hungaris *feuda* omnia denegarent, quando nullum huius uocis uſum apud eos eſſe intelligerent, cum tamen, ut erudite obſeruat *Celebris* IO. IONYVS *in Schediaſm. Hiſt. Iurid. de Auſpicio Regio* STEPH. I, *et ſigill. in ſuperpondio, quod inſcribitur de Feudis, et Hungaris ſua eſſe Feuda, et Hungariam hodie, qua maximam ſuam partem eſſe Feudalem certum eſt.* Sed enim uocis Feudi loco, ſi de re in Feudum data ſermo ſit, *Bonorum Poſſeſſionariorum*, ſi uero ipſe *Contractus Feudalis* indigitetur, *Donationis Regiae* uocabula uſurpare conſueuerunt Hungari.

Tzirkalom, idem. *Cantor* et Kántor idem, *Cymbalum*, et Tzimbalom. *Currus* et Szekér idem, π) *Camera* et Kamara, *Caeſar* et Tſáſzár idem. *Caſtanea*, et Geſztenye idem. *Dolor* et Fájdalom idem, *Do* et Adok idem. *Doctus* et Tudós idem ρ). *Epiſcopus*, Püſpök idem. *Fluuius* et Folyo-viz idem. *Filius*, et Fiu idem, *Ferus*, et Fene idem, *Gradus*, et Garádits idem. *Gibboſus* et Görbe idem, *Guſto* et Koſtollok idem, *Hora* et Ora idem, *Hoſtia* et Oſtja idem. *Iugum* et Iga idem, *Iuuenis* et Iffju idem, *Linum* et Len idem, *Lingua* et Nyelv idem, σ) *Mola* et Malom idem, *Mala* et Alma idem, *Muſtum* et Muſt, *Magiſter* et Meſter, *Mel* et Méz, *Nouus* et Vj idem, *Neruus* et Erö, uis, potentia, robur. *Cryſtallum* et Kriſtály. *Filum* et Fonál, *Fallo* fallere, et Tſallok idem, *Hordeum* et Hordo

π) Quod ſi enim duo *u* in *e*, et *c* more Hung. in *k* mutaueris, facile ex Latina uoce Currus, Hung. *Szekér* dederis.

ρ) Hic ſi ex nomine Doctus *C* eieceris, cuius Hungari ſunt impatientes, habebis per Anagramma purum Hung. *Tudós*.

σ) Per Anagramma lingua dabit *Ngjalo*, ubi ſi *gj* contrahas in *y*, *a* in *e* mutes, habebis, quod quaeris.

do uas, τ) *Onus* et Nehéz idem, *Oſculor*, et Tſokolok idem, *Organum*, ſcil. Muſicum, et *Orgona* idem, *Oleum* et Olaj. *Puteus* et Kút idem, *Papa* υ) et Pap Paſtor, ſeu V. D. Miniſter, *Probatio* et Probálás idem, *Pondo* et Font idem, *Planta* et palánta, *Peſtis* et Peſtis, *Pœna* et Büntetés idem, *Paganus*, et pogány idem, *Rarus* et Ritka idem, *Ráro*, auis, *Rapa*, et Répa idem, *Simila* et Semlye idem, *Stella* et Tſillag idem, *Sal* et Só idem, *Sed* Coniunctio et De idem, *Spongia*, et Eſpongyia, *Sanctus* et Szent idem, *Socer* et Sògor, id eſt affinis. *Sibilo*, et Süvöltök idem, *Tabula* et Tábla, *Templum* et Templom, *Terminus* et Törvény, lex. φ) *Tur-*

τ) Forte denominatur Hung. *Hordo* ita per Metonymiam continentis pro re contenta; cum et Hordeum in uaſa poni conſueuerit.

υ) Mirari quis poterat, qua ratione τὸ Papa pro Latina uoce uenditem, cuius apud CICERONEM, aliosque Latinos Scriptores, nulla fit mentio. Sed enim etſi lubens fateor me ipſum hactenus quidem apud CICERONEM eam non legiſſe, quia tamen in PLAVTO et VARRONE *in Attellanis* illius occurrit uſus, male adeo non fecerim, ſi et hanc Latinam dixero. Confer ceterum de hac uoce LVDOV. THOMASSINVM *in Gloſſario Vniuerſali Hebraeo p. 5.*

φ) Forte ſignificare uoluerunt hac uoce, leges eſ-

ſe

Turris et Torony idem, *Schola* et Iſkola. *Struthio* et Strutz-madár, *Turca* et Török idem, *Vltimus* et Vtólſó, *Vſura* et Vſora idem. *Vnde* et Honnét idem, *Vis* et Viz aqua. χ) *Vinum* et Finum, i. e. clarum, purum, uerbo praeſtantiſſimum, et his ſimilia. Reliqua, quae uel prorſus eisdem manentibus literis et ſignificatione Hungaris quoque uſitata ſunt, ψ) uel in tribus et quatuor plane linguis occurrunt, ω) huc non trans-

ſe omnino quaſi terminos, intra quos iuſtum et aequum ſitum eſt. Nam, quod ultra hos terminos eſt, deuium eſt a iuſtitia, et ſic quoque ut deuium reiici ac puniri debet.

χ) Eleganter deſignatur hac ratione natura aquae, quae reuera ſuam ob uim, omnia penetrantem et permeantem, κατ᾽ ἐξοχὴν uis dici poterat, unde et illud Germ. fluxit prouerbium, Das Waſſer hat eine dünne Naſe.

ψ) u. g. *Paſſio, Poenitentia, Aſpis, Gehenna, Atteſtatio, Citatio, Commiſſio, Fiſcus, Homagium, Inhibitio, Iurisdictio, Palatinus, Perſonalis Praeſentiae, Notarius, Originalis Proceſſus, Poſteritas, Purgatio, Sacramentum, Sententia, Teſtamentum, Titulus, Transactio, etc.* quorum omnium, ſi non adeo frequens in uita communi, tamen in foro ciuili Hungarico, frequentior eſt uſus.

ω) u. g. *Creta* Lat. Germ. Kreide, Hung. *Kréta*,

 Sla-

transfero, neque conuenientiam phraſium, quae non plane nulla eſt, *α*) hic attingo, ſed omnia ulteriori eruditorum inquiſitioni relinquo.

§. XIV.

Sed nec *Germanica* plane praetermittenda eſt nobis, quanquam in limine adhuc conſtitutus facile augurari queam, quod, ſi adeo parca quidem Latinam inter et Hungaram detur cognatio, eo hic parcius nobis procedendum erit, cum, uti reuera paucioribus ex Hungaris Germanicam callere linguam perfecte conceſſum eſt, ita mirum uſque adeo eſſe non poſſit, ſi praeter nonnulla ſaltem uocabula, ἀναλογόν τὶ habentia, plura

Slauis Kryeda, ita et *Roſa*, *Euángeliom*, *Füge*, *Prophéta*, *Lámpás*, *Tutor*, *Liliom*, *Muſika*, *Papiros*, *etc.*

α) Vt unum ſaltem ex multis commemorem, Latini uocant pertinacem, *durae ceruicis hominem*, et Hungari *Kemény nyaku ember*, idem prorſus. Ita et Latini uocant *uiam regiam* eam, quae eſt tritiſſima et communiſſima, eadem uero et Hungaris audit *Király-Utja*, uel etiam *Orſzag-Utja*, i. e. uia regni. Ita, quod Latinis eſt *Vice*, hoc Hungaris idem eſt, ut *Vice-Hadnagy* quaſi *Vice-Centurio*, *Vice-Biro*, *etc.*

plura forſan uix repereris, quae in eam rem allegari poſſent. Vnde factum eſt, ut mihi equidem, non admodum ſollicite inquirenti, ſequentia duntaxat obtigerint, v.g. Das et Az idem, Böſs et Büz foetor, qui omnino malus eſt. Creutz et Kereſzt idem, Stall et Iſtállo idem, Räudig et Rühes idem, Stumpff et Tompa idem, Schock et Sok multus, Tantz et Tántz idem, Schnur et Sinor idem, Seiden et Selyem idem, Waſſer et Viz idem, Oehl et Olaj idem, Hitz et Hit Fides, β) Ader et E'r idem, Schuh et Saru Ocrea, Helle et Hely locus, Kurtz et Kurta, Becher et Pohár, Ertz et E'rtz, Fluß et Folyóviz, Schwerd et Kard idem, Da et Oda illuc, Hauß et Ház domus, Nutzen et Haſzon idem, Sinn et Szin color, Fackel et fáklya, Ziegel et Tégla, Friſch et Friſſ, Ding et Dolog idem, Garten et Kert idem, Gewächs et Gyümölts fru-

β) Hac ratione eleganter docetur, qualisnam fides eſſe debeat, non frigida uel tepida, ſed hitzig, calida, quae in fiduciali et firma Chriſti meriti applicatione conſiſtit, ita ut exinde homo incaleſcere quaſi debeat.

fructus, Rettich et Retek idem, Koſten et Koſtolni, Küche et Konyha, Lachs et Lazatz idem, Lauge et Lug idem, Leiter et Létra, Loch et Lyuk idem, Maas et Szám numerus, γ) Staab et Bot, Orden et Rend ordo, Pfingſten, et Pünkösd idem, Poſt et Poſta, Riß Lacerum etRéſz pars, δ) Lang Longus et Láng flamma, Jurück et Kurutz, Quartier et Kvártély, Ring et Gyürü, Rock et Róka uulpes, (forſan, quia uulpeculæ optimas ueſtes et pelles per naturam habent, et Hungaris ſubminiſtrant,) Ruder et Rud pertica, Teller et Tányér, Sacreſtey et Segreſtye, Saffran et Sáffrány, Sallat et Saláta, Sauer et Savanyu idem, Schande et Szégyen idem, Schlau et Tſintalan, Schwager er Sógor idem, See et Tó idem, Bär et Bör cutis, Jahr et Nyár aeſtas, Bock et Pók aranea, Sturm et Oſtrom idem, Thurn et Torony,

γ) Eſt enim et numerus menſura rerum, et quidem in genere omnium tam corporalium, quam ſpiritualium, tam uiſibilium, quam inuiſibilium.

δ) Eſt enim pars quaſi a toto dilaceratum et diuiſum, ut adeo et hic nomen Hung. ex Germ. eleganter illuſtrari queat.

rony, Trennen et Rontani corrumpere, Veilgen Viola, Wild et Vad idem, Zech et Tzéh, Ziel et Tzély, Wachs et Viaſz, etc. Zieffer et Tzifra ornatus ſplendidus, concinnus, ε) etc.

§. XV.

Slauonica denique, ſi quid et eam in rem per tenuem noſtram illius cognitionem dicendum eſt, meo quidem iudicio, non nihil propius accedit *Hungaricæ*, quam *Germanica*, unde et felicius parallelismum iſtius, ratione vocum, aliquis dederit, quam prioris. Hic autem ſuffecerit uel nonnulla ſaltem pro inſtituti ratione afferre, uocibus Hungaricis amicas ueluti manus porrigentia, ea uero uel obiter obſeruaui ſequentia, Draho uel ut Poloni malunt efferre, Drago, et Hungarice *Drága* carum, pretioſum.

ε) Et hic eleganter nomen Hung. ex Germ. explicaueris, uti enim Cyphra per ſe nihil ualet, aliis tamen addita numeris, eos mire auget et ornat, ita et ſplendor externus in ſe nihil prodeſt, at, ſi accedat uiro ſplendore digno, multum ſane ipſi addit atque conciliat decoris et honoris, iuxta illud tritum, *Quod mihi non dederis, ueſtibus ipſe dabis.*

Beránek agnus et *Báràny* idem. Dolu infra et *Alól* idem, uel *Töle* ab eo, Drewo lignum, et *Czerſa* quercetinum lignum, Dſka aſſer, et *Deſzka* idem. Dogka lactens, nutrix, et *Dayka* idem. Geden unus, et *Egy* idem. Holub columba, et *Galamb*, ſed propius ad latinum accedit, čereſſné ceraſum, et *Tſereſnye* idem. Gelen ceruus, et *Jelen* praeſens. Koreň radix, et *Köröm* unguis, quia hi ſunt digitorum ueluti radices. Kozrerd gladius, et *Kotzperd* idem. Klobáſa farcimen, et *Kolbáſz* idem. Krčma caupona, et *Kortſoma* idem. Král rex, et *Király* idem. Klas ſpica, et *Kaláſz* idem. Kramár mercator, et *Kalmár*. Konáč faber, et *Kováts* idem. Medwed urſus, et *Medve* idem. Maſſtal et *Iſtállo* ſtabulum. My Pronomen Perſ. plur. *Nos* et *Mi* idem. Mráz pruina, et *Zuzmaráz* idem. Kóš corbis, et *Koſár* idem. Nebe coelum, et *Meny* idem. Giſkra ſcintilla, et *Szikra* idem. Stráž uigiliae, et *Iſtráſálás* idem. Mačka catus, et *Matſka* idem. Olowo plumbum, et *ón* ſiue *ólom* idem. Ocel chalybs, et *Atzély* idem. Orati arare, et *Aratni* metere, Potkan glis, et *Patkány*, Sarkan draco, et *Sárkány*, Püſt ieiuni-

iunium et *Böjt* idem. Poſtaw pannus, et *Poſztó* idem. Peňez pecunia, nummus, et *Pénz* idem. Pywnice Cellarium quaſi repoſitorium cereuiſiae, quae Slauis Pywo dicitur, et *Pintze* idem. Rak cancer, et *Rák* idem. Ruže roſa, et *Roſa* idem. Swatý ſanctus, et *Szent*. Stuka lucius, et *Tſuka* idem. Sluha, uel, ut Poloni exprimere malunt Slúga, ſeruus, et *Szolga* idem. Sliwka prunum, et *Szilva* idem. Sýto cribrum, et *Szita* idem. Slowo uox, uerbum, et *Szó* idem. Sapun ſmegma, et *Szappan* idem, uſitatius tamen Slauis eſt Mydlo. Slup columna, et *Oſzlop* idem. Záſtawa uexillum, et *Záſzlo* idem. Cyhla tegula, et *Tégla*, Tanjr orbiculus, et *Tányér* idem. T'urek turcus, et *Török*. Tówariš et *Társ* ſocius. Seno foenum, et *Széna*. Záloh pignus, et *Zálog* idem. Tábor caſtra, et *Tábor* idem. V'ſta os, et *Száj* idem. Chyr fama, et *Hir* idem, puriori tamen dialecto Slaui adpellant Poweſt. Hus anſer, et *Hús* caro, per ſynecd. generis pro ſpecie, Widra lutra, et *Vidra* idem. Pitwor area, et *Vduar* idem. Wečzere coena, et *Vatſora*, etc. Quod ſi autem quaere-

 re

re uelis, quae lingua magis ab altera haec mutuata fuerit uocabula hactenus recenſita, tum ego quidem, ſi quid decernendum eſt, cenſeo, ſaluo tamen hac de re aliorum iudicio, magis Hungaricam a Slauonica, quam hanc ab illa mutuaſſe rerum nomina, ς) quanquam et hic diſtinguendum erit inter Slauos in Hungaria, et extra eam, uictitantes, negari enim et illud nequit, noſtros plura aliis, uſurpare nomina, ab Hungaris deſcendentia, adeo ut alii quidem, qui Hungarica lingua ueluti circumcinctos ſe eſſe ſentiunt, hic uix non ad γλωττοσύγχυσιν nouam delabantur, cum Hungari contra, conſtantem et hic oſtenſuri animum, de Slauonicis parum, uel nihil prorſus, participent.

§. XVI.

Atque iſta quidem ſufficiant ad declarandam quodammodo linguarum *Occidentalium* cum *Hunno-Scythica*, conuenien-

ς) Ita enim *Kouáts* a Bohemo **Kowat** ortum, et *Vatſora* a Slauis originem habet, iis enim **Weczera** dicitur ueſpera, ſic et coena, quae ueſpere fieri ſolet, Hungaris non item, ut quibus ueſpera *Eſtue* dicitur, et tamen Coena dicitur, non *Eſtuély*, uel alia ratione, ſed tantum Vatſora. etc.

nientiam, quam uel ex dictis tantam, quantam quidem ſibi quiſpiam polliceri potuiſſet, non eſſe liquet, maxime ſi *Teutonicam* et *Latinam* reſpicias. Et quanquam *Slauonica* cum filiabus propius nonnihil accedere uideatur, uix tamen et illud quidem ultra ſimilitudinem uocabulorum extendi poſſe, fere pronunciare auſim, quod ſi enim *de Articulis praepoſitiuis*, *Affixis*, *Generibus*, *Declinationibus*, *Coniugationibus*, aliisque, inſtituenda foret comparatio, facile conſtabit, ne ipſam quidem Bohemorum linguam hic multum cum noſtra habere commune, ſed multis quaſi paſſibus ab ea abludere, *η*) ut uel ex his non abs re

D 5 con-

η) Nam, u. g. ut ab Articulo praepoſitiuo ordiar ipſis non unus eſt, ut Hungaris *Az*, *Ez*, et Hebraeis ה ſed triplex cum Germ. Graec. et Lat. u. g. Tento eſt Maſcul. Hic, Táto eſt Foem. Haec, et Toto eſt Neutrum Hoc. Ita et Pronomina poſſeſſiua exprimunt, non cum Hungaris et Hebraeis per ſuffixa, ſed per peculiaria nomina, quae Subſtantiuis praeponuntur, ut apud Germanos iterum, u. g. Mûg *Meus*, Twûg *Tuus*, Geho *Eius*, Naſſe *Noſtrum*, Waſſe *Veſtrum*, Gjch *Eorum*. Ratione Coniugationis propius quidem nonnihil conuenire uideri poterant. Nam, u. g. Dáwam, Dá-

çonieċtari liceat, *Hungarorum* idioma ſitu quidem iam occidentale audire, natura tamen ſua et qualitate, quin et origine reliquis, quae in oriente florent, proxime adhuc accedere. Quod ipſum non meum modo, ſed et aliorum, qui linguas illas cum noſtra uel a limine ſaltem ſalutarunt, facile erit iudicium. Vnde memini πολύγλωττον PFEIFFERVM ז״ל alicubi pronunciaſſe palam, *Hungaricum quidem ſermonem iure optimo ad Orientales referendum eſſe*, quod ipſum uel ex induċtione linguae *Hebraeae*, *Chaldaeae*, *Syrae*, et *Samaritanae*, quarum omnium parallelismum infra daturus ſum, ſuo conſtabit loco. Cum uero praeter enumeratas, et aliae, atque cum primis

Dáwaš, Dáwa, et Hung. *Adok*, *Adſz*, *Ad*, parum differre uidentur, ſed enim et hic multum adhuc intercedit diſcriminis. Nam Coniugatio Slauorum non mutatur, ſiue accedant Pronomina Perſonalia et Subſtantiua, ſiue minus, quod Linguae iſtius gnari mecum lubentes fatebuntur. At enim uero Hungarorum Coniugatio, accedente Pronomine Perſonali cum Articulo praepoſitiuo *az*, *ez* mutatur penitus. Nam non dico bene *ö ad*, ille dat, ſed *ö adja*, neque *A pénzt meg adok*, pecuniam do, ſed *a pénzt meg adom*, *etc*. De quibus quidem infra copioſior dicendi locus erit.

mis *Coptica*, *Aethiopica*, atque *Arabica*, iura Orientalium teneant, tueanturque, ambigere non Germanus duntaxat, ſed et Hungarus poterat, *Num cum his quoque Hungarica noſtra ſuaquem alat colatque amicitiam.* Quod quidem ſi μέγα λίαν ἄιτημα dixeris, uſque adeo, quod a ueritate abluderet, nihil certe protuleris, quando aſſerere hic quidquam, uel negare, et cum ratione quidem, ac ex intimis linguarum iſtarum receſſibus aliquid depromere, hoc opus, hic labor eſt, partim quidem, quod Germanus, etſi excellere poſſit in his, noſtrae tamen cognitionem uix facile ſibi acquiſiuerit, quod uel linguae noſtrae rudimenta publice in Germania non reperiantur, partim, quod, Hungarorum plurimos, quae loci noſtri eſt infelicitas, harum quidem omnium ignaros eſſe, negari non poſſit, pauciſſimi autem, quibus in his trita ſunt omnia atque perſpecta, quorumue mentibus et harum linguarum firma reſidet cognitio, uel tempore, uel neceſſariis ad hanc rem inquirendam ſubſidiis deſtituti iſtud quoque excutere uix poſſunt argumentum, ut adeo multos quidem hanc quaeſtionem uexatam agitare poſſe dixeris, pauciſſimos contra reſoluendae eſſe pares.

res. Sed enim, ne forte ipſe quoque nodum hunc Gordium tetigiſſe potius, quam reſolqiſſe uidear, periculum faciam, et, quid hic ualeant humeri, quid ferre recuſent, experiar. Per meam igitur qualemqualem in his linguis, uel ſupremis labris deguſtatis, quod non diffiteor, peritiam, ita quidem eam in rem, ſaluo tamen aliorum in hoc capite iudicio, pronuncio, has non minus, quam reliquas cum noſtra κοινόν τι poſſidere, ſed enim *Aegyptiacam parcius*, *Aethiopicam plenius*, et *Arabicam* reſpectu ad hanc utramque *pleniſſime* cum Hungarica conſpirare. Atque ut meae quidem aſſertioni fidem faciam, ne quid praeter rem dixiſſe uidear, licebit uel per exempla ire, et ipſam in hanc rem conſulere experientiam, quam ſi euidentem oſtendero, facile ſpero fore, ut tanto magis apud omnes huic ſententiae meae exoptatus etiam concedatur locus, quanto certiorem in ueritatem rerum inquirendi rationem ipſa ſemper commonſtrare ſolet oculata demonſtratio ac experientia.

§. XVII.

Atque quod ad *Copticam* quidem attinet, etſi ſtudioſe ſatis, quantum per ſub-

ſubſidia licuit, in eam inquirerem, ad illamque uoces Hungaricas metiri ſtuderem, in re ipſa tamen comperi idem, quod ante me comperit linguae iſtius facile Princeps, ATHAN. KIRCHERVS, θ) plura ſcilicet hic diſſona, quam conſona, reperiri, et uix non ob ſolam utriusque linguae diſcordiam concordes eas fere dici poſſe. Nam in nominibus ſequentia tantum hactenus obſeruaui inter ſe parallela, ⲑⲉⲗ Tumulus et *Tél* Hyems ι) ⲟⲩⲁⲗⲟⲗⲥ Vuae, et *Aſzaltt ſzölö*, uuae paſſae. ⲉⲃⲣⲏϫ fulgur et *E'bredgy* expergiſcere. κ) ⲗⲁⲃⲟⲥ Leo

θ) *In Prodr. Copt. cap. V, p. 133*, ubi allatis aliorum exemplis dicit. *Sed quid quaeſo haec ad linguas orientales, certe uti totius linguae, ita quoque nominum horum, a caetera orientalium linguarum phraſi diuerſitatem maximam eſſe nullo alio teſtimonio, niſi dictarum linguarum cum Copta comparatione opus eſſe arbitror*, quod etiam duplici oſtendit exemplo.

ι) Quam eleganter hoc pacto iam Hung. *Tél* exponi poterit, cum reuera hyems ſit tumulus ueluti rerum omnium. Nam, praeterquam quod herbas floresque ſepeliat, ipſa quoque terra tumulata niuibus uidetur hyeme.

κ) Ne hic quidem, quod nomen Hungaricum illuſtret, deeſt, uti enim fulgur homines dormien-

Leo et *Oroſz-Lány* idem, licet Germanorum Lȫwe melius Coptico reſpondeat, inter Pronomina ſequentia, ⲀⲚⲞⲔ Ego, et *E'nnékem* mihi, inter Particulas, ⲘⲚⲈ ne, non, et *Nem* idem. ⲈⲂⲞⲖ De, A, Ex, et *Ból*, *Abbol*, *Ebbűl* Ex eo, ϦⲈⲚ In, et *Ben*, idem. ⲞⲨⲞⲒ Vae et *Jaj* idem. Quae ſatis parce ſunt allata fateor, neque tamen ideo in eam ingredior ſententiam, quaſi plura, magisque extantiora, a φιλογλώττῳ amplius inueniri non poſſint, cum potius perſuaſiſſimus ſim, et poſt primam meſſem ſpicas, et poſt qualemcunque hanc meam operam, alia inueniri poſſe, prouti quis maiori felicitate ingenii, et meliore etiam ſubſidiorum copia inſtructus fuerit. Non igitur is ſum, quod quidem Celeberrimus alias, et in compilandis Linguarum Harmoniis omni ſtudio uerſatus, HOTTINGERVS ſe eſſe uoluit, quando enim in eadem hac lingua excutienda magna ſatis induſtria uerſaretur, neque tamen ultra ternarium numerum uocabulorum Copticorum in de-

entes excitare ſolet cum uehementia, ita et τὸ *Ébredek* Vngarorum uehementem ac ſubitaneam e ſomno euigilationem indigitat.

declaranda cum *Hebraeis* (quod mireris,) Harmonia aſcendere potuiſſet, dicere nullus dubitauit. λ) *Plura duobus uel tribus non extare uerba pure Aegyptiaca, quae uel aliqua ſaltem ratione cum Hebraeis conueniant.* Illa uero, quae ipſe compererat, fuerunt ſequentia, ⲒⲞⲘ Mare, reſpondens יָם Hebr. ⲞⲨⲈⲒⲞⲨⲖ Ceruus, reſp. Hebr. אַיִל Hircus, et denique Ⲙⲱⲟⲩ μ) Aqua, reſpondens, מַיִם Hebr. Cum tamen mihi in procliui eſſet

λ) *in Exercit. Anti-Morinis pag. 48.*

μ) Ex hoc nomine forte non male diſcitur, quare Moſes a filia Pharaonis ita dictus fuerit, ſcilicet quia ex aquis liberatus fuit, ut adeo quidem πρώτως nomen משה ab Aegypt. ⲘⲞⲤ δευτέρως uero tantum ab Hebr. מָשָׁה extraxit, deriuandum eſſe uideatur. Agnouit hoc R. ABEN-ESRA *in Comment. in Exod.* cuius haec ſunt uerba, שם משה מתורגם מלשון מצרי בלשון הקדש i. e. *Nomen Moſis traductum eſt de lingua Coptica in linguam Sanctam*, et, poſt Philonem in uita Moſis, ipſe quoque IOSEPHVS *Lib. II, cap. X, Antiquit. Iud.* Αὐτῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην, inquit, κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπέσοντι. Τὸ γὰρ ὕδωρ Μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς, δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. Συνθέντες οὖν ἐξ ἀμφοτέρων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ ταύτην τίθεν-

eſſet non tria, aut ter tria, ſed uel terdena et amplius afferre in medium, quod etiam ſuo quidem loco pateſcet uberius.

§. XVIII.

Vti uero in his parcius plus iuſto procedere neceſſum fuerat, ita ABYSSINA hic noſtrae magis reſpondebit expectationi, cum ea et quoad literarum figuram literaturae Hunno-Scythicae propius prae ceteris accedere uideatur, et quoad uocum conuenientiam maiorem firmioremque prae illa colat amicitiam. Quod hic quidem, fateor, multis oſtendi poſſet, et illuſtrari exemplis, ni noſſem, meliori illa adhuc reſeruari poſſe loco, (ſcilicet in *Harmonicum*, quod olim conficere DEO annuente eſt animus, *Lexicon* inſerenda,) quare ex pluribus pauca ſaltem afferemus, cum ex his quoque ſententiae noſtrae ante allatae ueritas declarari ſatis ſuperque poſſit. Sunt uero illa ſequentia, አና *Ana*, Ego, et Hungarorum *E'n*, idem. አው *Eve*, Aut, et *Auagy*, idem. ሌሊት *Leliet*,

θενται, i. e. *quia proiectus erat in flumen, ab hoc caſu nomen ſortitus eſt. Aquam enim Aegyptii MO uocant, ὑσῆς uero ſeruatum. Quare compoſita uoce ex utrisque nomen Moyſi fuit inditum.*

Leliet, Nox, et *Ejjel*, nocte. ቀተለ *Katal*, occidit, ſuffocauit, et *Kőtel*, funis, laqueus ad ſuffocandum aptus. ነሠአ *Naſea*, Age, fer, capias exordium, et *Noſza* particula excitandi. አለ *Ala*, ſed, uerum, et *Alá* infra. ν) አረቱ *Arate*, Lex et quoad ſignificationem, *Törvény*, ξ) idem, quoad eundem ſonum uero *Aratás* Meſſis. ወረደ *Warad*, creſcit, accreſcit, aſcendit, et Hung. abiecto *w*. *A'rad*, idem. ዐሠርቱ *Aſareti*, Mille, et *Ezer*, *Ezeret*, idem. ገብረ *Gabere*, Homo, Vir, et *Ember*, idem. በለዐ *Balea*, edit, comedit, et *Belé* intus. ο) አገቤ *Egabe*, quidam, quiſpiam, et *Egybe*, in uno, uel *Egyik*, unus. አግረ *Egere*, Pes, et Hung. *Agár*, Canis uenaticus, item *Egér*, Mus. π) በ *Ba*, Praepoſitio In, Cum,

ν) Si identitatem ſignificationis quaeras magis Abyſſino nomini reſpondet Graecorum ἀλλὰ ſed, uel Slauorum *ale*.

ξ) Neque uero uox *Törvény* prorſus hic abludit, quia negabit nemo, quin Aethiop. አረቱ deſcendat ab Hebr. תורה, iam uero, Hungaricum *Törvény* aemulari Hebraeum, per ſe liquet, et infra adhuc oſtendetur.

ο) Ille enim, qui aliquid intus accipit, abſorbet, uel comedit, illud.

π) Vtrumque hoc nomen eleganter hac ratione uidetur competere his animalculis, quae cele-

 ritate

Cum, et *Ba*, *Be*, *Ban*, *Ben*, idem. ቢየ *Bij*, Habeo, et *Bö*, copioſus, quia qui ſe habere dicit, oportet copioſe habeat. ቦኣ *Boa*, Intrauit, introiuit, ingreſſus eſt, et *Be*, *Ben*, Intus. ባሕቱ *Babet*, ſed, uerum, ueruntamen, et *Pedig* idem. ገሌዘ *Geze*, lis, contentio, controuerſia, et *Gaz* quisquiliae, item intricatus locus, ex quo Abyſſinum eleganter illuſtraueris, item *Gözi* ab Habeſſinorum ገኀዘ uel ገዑዚም *Gezim*, quod homines liberos et nobiles ſignificat. Vnde forſan et nomen dignitatis Hungaricae *Agazo* et *Agazonum* ortum eſt, uel etiam Illuſtris Familiae Hungaricae *Goetzi*. ገነዘ *Genaz*, inuoluit, operiit, abſcondit, et *Gonoſz* malus. ገሬም *Geram*, terribilis, horrendus, et *Kérem* rogo, obſecro. ζ) ዳዶክ *Dadok*, Glacies, et ratione ſignificationis *Jég*, ratione literarum uero *Daduk upupa*. ዴበ *Deve*, Vrſus, et *Medve* idem, uel propius,

ritate currendi pollent inſigni, cum alias nulla poſſet dari ratio, qui factum ſit, ut haec nomina Hungarica adeo ſint confinia, niſi rationem allatam admiſeris.

ζ) Hac ratione indigitatur, illos eſſe cum primis rogandos et obſecrandos, qui ſunt horribiles et duri animo, ut hac ratione per preces emolliantur.

pius, *Teve* Camelus. ደብር *Daver*, Mons, Eccleſia, Templum, et *Udvar* Atrium. ዳግም *Dagem*, Alter, Secundus, Alius, et *Idegen* Aduena, Alienus. ደወለ *Dawal*, Meridies. et *Dél* idem, uel propius, *Tavàly* Annus praeteritus. ሀየደ *Hajad*, et Contracte ሄደ *Hed*, per uim ademit, rapuit, auulſit, et *Hid* Pons. φ) ሀየተ *Hajat*, Loco, Vice, et *Helyett* idem. ሐበበ *Hebet*, Vlcus, Apoſtema, et *Seb*, *Sebbet* idem. ሐገገ *Hagag*, Legem poſuit, tulit, conſtituit, et *Hágok* Scando, Tranſcendo, adeoque illius eſt contrarium. ሐረ *Har*, Iuit, Abiuit, Ambulauit, et *Hir* fama, χ) uel etiam ሐር *Her*, Bonus, Optimus, Rectus, et *Hir* fama ſcilicet, bona. ዘነወ *Zanaw*, Nunciauit, Annunciauit, Narrauit, et

E 2 *Üzenek*,

φ) Ita ſane digitus ueluti intenditur ad fata pontium, qui ſaepiſſime abripiuntur auulſi.

χ) Eleganter et hic illuſtratur famae natura, quae ire et abire omnium celerrime nouit, iuxta tritum illud VIRGILII AENEID. IV

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget uireſque acquirit eundo.

Quod Hungari hoc Diſticho exprimere ſolent,

Gyors igen az roſz hir, gyorſſabb nintſen is annál,
Futua még yen-s' futuán futua néſzen eröt is.

Üzenek idem. ω) ሐሰወ *Haſaw*, Mentitus fuit, hinc ሐሰቀ *Hazaw*, Mendax, et Hung. *Hazudok* mentior, et *Hazug* mendax, fallax. ዮም *Ioem*, Hodie, hac die, hoc tempore, et *Ma* idem, uel *Mái* hodiernus. α) ጠንቀቀ *Tanakak*, Curioſe inquiſiuit, indagauit, exacte contulit, uti quidem uberius hoc oſtendit CASTELLVS, β) et *Tanáts*, Conſilium. γ) Plura eam in rem, non addo, cum haec aſſertioni meae confirmandae ſufficere credo, addam tamen, ut dixi, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν. §. XIX.

ω) Hic ſi *Walve* Abyſſinum mutes in Hung. *Ü* et praeponas reliquis, in fine uero addas Terminationem Hungaricam uerborum *ek* habebis ipſiſſimum *Üzenek*.

α) Negare tamen hic non poſſum, Aethiopicum iſtud ዮም proxime accedere ad Hebraeorum יום et Latinorum *Iam*, ut alia multa. Interea donec accuratior τοῦ, *Ma* Hungarorum ex Abyſſina lingua ratio monſtrata fuerit, iſtam admittere poſſumus.

β) *in Lexico Heptaglotto, pag. 1538.*

γ) Exinde diſcimus haud ineleganter, quomodo conſilia comparata eſſe debeant, ſcilicet, ut omnia curioſe non minus, quam induſtrie, rimentur, perpendantur, pro et contra uentilentur etc. et ita demum uocis Hungaricae ἔμφασιν hic aſſequemur, quam, hoc adminiculo deſtituti, fruſtra quaeſiuerimus.

§. XIX.

Sed ad *Arabicam* quoque iam procedendum eſt, ubi aliquis non minori etiam felicitate uerſabitur, in inueſtigando cum *Hungarica* noſtra Parallelismo, ſi modo ad intimiores utriusque receſſus penetrandi fuerit animus. Quod utinam ſibi non nemo Eruditorum conficiendum ſumeret negotium, reor enim inde, non modo multum in Harmonicum hoc linguarum ſtudium profluxurum commodi, ſed et ipſummet, qua late patet, orbem eruditum hinc non paucos poſſe decerpere fructus, cum largiantur omnes, *Arabes* nullo non tempore fuiſſe rerum omnium peritiſſimos, quibus et Latium ſuam Philoſophiam, et uix non omnia, ſeſe debere intelligit. Et, o quam multa adhuc in *Arabum*, ABENSINAE u.g, ABEN-ROIS, aliorumque multorum latent ſcriptis, quae hactenus atra preſſit nox atque caligo, non autem alia ratione, quam tali quidem labore in apricum produci poſſunt. Sed enim in his plura exoptare licet, quam expectare. Ego pro tenui facultate mea, ne et hic nihil prorſus uoluiſſe ſaltem uidear, pauca ſolummodo aperiam, ex quibus facile de ceteris inſtitui poſſit iudicium. Sunt autem illa ſequen-

tia. أَخَّرَ *Achara*, Poſtpoſuit, et *Akár* Licet, Eſto, Sit ita. *δ*) حَدَّ *Char*, Limitauit, definiuit, et *Határ*, Terminus, limes territorii. خَلْدٌ *Chal*, Aeternus, et *E'l* Viuit, *E'let* Vita, qui enim aeternus eſt, ſemper uiuit. ضَرّ *Thar*, Damnum, et *Kár* idem. عَذُبَ *Adez*, Dulcis fuit, et *E'des* Dulcis, Dulce. قَوْلٌ *Kewal*, Vox, et *Kiáltás* Clamor. أَحَد (idem quod وَاحِدٌ) *Ahhad*, Vnus, et *Egy* idem. أَطَرَ *Athar*, Circumdedit, Sepſit, Circumſtitit, et *Határ*, Terminus, quo urbs, uel regio quaedam, quaſi ſepta eſt, ut ſupra dictum. بُوئْتٌ *But*, Puteus, et *Kut* idem. بَطْحَةٌ *Batach*, Supinus, Amplus, Latus, et *Patak* Fluuius, cui omnia haec quoque competunt Synonyma. حَبْلٌ *Batal*, Reſtis, funis craſſior, ex pluribus contortus, ſeu rudens, et *Kötél* idem. هَجَرَ *Hajer*, Diruit, item uentus ſeptentrionalis ſeu boreas, et *Hir* Fama, quae, cum primis ſi mala ſit, omnia diruit. هَلَزَ *Halaz*, Accinxit ſe et expe-

δ) Reuera enim is, qui Particula *Akar* utitur, aliquid alteri poſtponit, ut adeo hic harmonia et uerbalis et realis intercedat.

expediuit, et *Halaſztok* Differo, Protraho, procraſtino, quod illius contrarium eſt. حَلَسَ *Halaſa*, Celauit, rem geſtam latentem conſeruauit, et *Haláſzok* Piſcor, forte, quia et Piſcatores latenter ſua retia, hamos, et alia aſſeruare norunt, item, *Halgas*, Tace, Cela ore et uerbis, quod eiusdem ſignificationis eſt aemulum. وَكَرَ *Vakara*, ſubſultim inceſſit, quod de Equo et Camelo proprie dicitur, et *Vakarni* Scalpere. وَلَسَ *Valas*, Obſcure et oblique retulit, et *Vallás* Confeſſio, Profeſſio, quam claram contra eſſe oportet et firmam, item, *Válaſz* Reſolutio, Decretum, Sententia. وَسِعَ *Vaza*, Amplus, Patulus fuit, et *Viza* Antacaeus, forte, quia piſcium fluuiatilium etiam eſt maximus et ore patulo. وَرَسَ *Vareſa*, Muſco, aut ſimili re uiridi obducta fuit, et *Véres* Sanguine conſperſus, item *Vörös* Ruber, nec non *Varas* Scabioſus, unde *Varas Béka Buffo*, qui etiam re uiridi et uenenata quaſi obductus eſt. قَبْلَةٌ *Kabalah*, qui leui ac rariore barba utitur, et *Szakál* Barba, *Szakályos* Barbatus (*b* in *s* mutato.) زَلَلَ *Zalal*, dimmouit, loco mouit, item facere non deſinit, et *Szél* Ven-

Ventus, quod itidem eleganter uenti naturam exprimit, uel *Széllyei*, id eſt, hinc inde diſperſum. حَوَشَ *Havas*, Congregauit, et *Hivas* Voca, Conuoca, Congrega, item *Havas* Niue conſperſus, ſuper quem quaſi nix congregata eſt. حَلَمَ *Hhalam*, Somniauit, et *A'lom* Somnium. حَسَرَ *Káſar*, Collegit, Congregauit, et *Koſâr* Corbis, in quem omnia colliguntur. طَلَا *Tala*, Obduxit, inunxit, obleuit plene, et *Teli* Plenus, refertus, ad ſummum uſque impletus, et alia plura.

§. XX.

Atque hac ratione et inter *Copticam*, *Abyſſinam* et *Ismaeliticam* forſan non infeliciter Harmoniam cum *Hungarica* iniri poſſe deprehendi, ubi tamen ne id quidem, quod eadem hac occaſione obſeruare licuit, praetermittendum eſt, quemque tanto felicius in concinnando linguae noſtrae Parallelismo uerſari poſſe, quanto propinquius hoc uel illud Idioma ad Hebraeum acceſſerit. Prouti enim et prae *Aegyptiaca*, *Aethiopica*, et prae utraque hac, *Arabica*, Sermoni *Hebraeo* proprior eſt, ita etiam, tanto

to propius easdem prae ceterís ad Hungaricam accedere, hactenus uidimus. Nunc uero, ut quoad reliquas, *Samaritanam* nempe, *Syriacam*, ac *Chaldaeam* periculum faciamus, reſtat, atque et hic eandem quoque nauemus operam, cum uel hoc pacto, qui uiderit linguam Hungaricam cum genuinis linguae Sanctae filiabus conſpirare, ſponte ſua colliget tandem, ne ipſam quidem harum Matrem, abludere a noſtra multum omnino poſſe. In anteceſſum autem, ſi quid de trium iſtarum quoque Concordia iudicandum eſt, non, reor, a ueritate me diſceſſurum, quod ſi et hic dixero, ex *Samaritana* parcius, *Syriaca* plenius, *Chaldaica* uero pleniſſime, in hanc rem quidem colligi poſſe documenta. Vtque iam ab illa hic capeſſamus primordia, *Samaritanam Hungaricae* peramicam eſſe, uel ſequentia euictum dabunt exempla, u. g. ࠀࠁࠍ *Ebben*, Lapis, et *Fövény* Arena quaſi Lapilli minutiſſimi. ࠀࠉࠋ *Aijal*, uiſus eſt, apparuit, et *Ejjel* Nox, forſan, quod nox uiſionibus et apparitionibus ſit aptiſſima. ࠀࠃ *Ad*, Manus, quocum et Aethiopum እድ prorſus coincidit, et *Adj* Imperatiu. *Da*, quia manu damus, uel manu exporrecta petimus. ࠀࠄࠍ *Aben*, Vbi, Idem, Hic, et *Iben* Ecce, ecce

E 5 hic

hic. [illegible] *Akad*, Cepit, Comprehendit, et *Akad* Haeret, Incidit, qui enim comprehenditur, ille haeret. [illegible] *Athar*, Baculus, quaſi ſignum in limitibus erectum, et *Határ* Limes ipſe. [illegible] *Amar*, Agnus, et *Szamár* Aſinus, quod ſi tamen propius uoçabulum, et quoad ſignificationem illi reſpondens, habere uelis, eſſe poteſt, [illegible] *Chamar*, quod ipſum Aſinum indigitat. [illegible] *Baſchutah*, Morbus, languor, malus affectus, et *Betegſég* Morbus, Aegritudo. [illegible] *Baith*, Domus, et *Paita* Horreum. [illegible] *Bacha*, Fleuit, et quidem uocem querulam ſimul edendo, et *Bögök* Balo, uociferor, [illegible] *Barja*, Pinguis, et *Bár Jó* ualde bonus, et *Borju* Vitulus, a pinguedine dictus. [illegible] *Baren*, Ne, ne forte, et *Bárne* Vtinam non. [illegible] *Gazvi*, Ideo, Eo quod, et *Azért* Ideo, Eo quod. [illegible] *Gjab*, Fames, et *Jaj* Vae. [illegible] *Gerem*, Os oſſis, item Robur, et *Köröm* Vnguis. [illegible] *Darabit*, Atrium, quaſi *Darab* pars τῆ בית Domus, et *Darab* Fruſtum, pars portio. [illegible] *Havah*, Fuit, et *Houá* Quorſum? [illegible] *Halol*, Concauum, et *Alól* Infra, Inferne. [illegible] *Vaha*, et ecce, et *Vaiha* O ſi! [illegible] *Zibh*, Splendor, Maieſtas, et *Szép* Pulcher. [illegible] *Hbalab*, Dulcis, et *Hal* Piſcis, horum enim

caro

caro natura ſua dulcis eſt. *Chaſal*, Conſumo, et *Kaſzálok* Foenum ſeco. *Hhaz*, Pepercit, Protexit, et *Ház* Domus, Aedes, ſunt enim hae communia noſtra aſyla, ſub quae confugimus in tempeſtatibus. *Abhar*, Puluis, et *Por* idem. *Alah*, ſeu quod idem eſt. *Hala*, quia, quoniam, et *Alá* infra, inferius. *Chazeh*, uidit, praeuidit, conſpexit, et, *Nézek* uideo, contemplor, aſpicio. *Chalmeh*, Somnium, et *A'lom* Somnus et Somnium. *Szaſza*, mouit, commouit ſe, et *Szaſza* particula exultantium atque tripudiantium. *Karath*, creauit, ciuitatem cinxit, et *Kert* Hortus, forſan a cingendo, unde et Ebraeis קרית et Hungaris *Keritet Város*, Vrbs, uallo moeniisque cincta dicitur. *Iapha*, pulcher, elegans, uenuſtus, et *Szép* idem. et *Tabor*, Mons, et *Tábor* Exercitus uel potius Caſtra. *Talal*, amouit, remouit, e loco uagari fecit, et Praep. Hung. *Tul, Töl, Tól*, A, ab, quae etiam remouet, *Iada*, cognouit, ſciuit, et *Iudok* Scio, Intelligo. *Lakath*, ſtrinxit, conſtrinxit, cinxit, et *Lakat* Seraculum, quo mediante res conſtringuntur, et arca cinctae obſerantur, et id genus alia.

§. XXI.

§. XXI.

Iam ad *Aramaeam* deueniamus, cuius ſequentia cum Hungaricis uocibus aliqua ratione conuenire deprehendi, ut ſunt, ܐܘ *Av*, Aut, ſiue, et *Avagy* idem. ܡܛܐܘܐ *Metaue*, Beneuolus, et *Kedves* idem (mutato ܡ in *k*, et ܐ finali in *s*) ܐܘܪܝܬܐ *Vrjoto*, Lex, Statutum, et *Törvény*, idem. ܐܚܐ *Acho*, Frater, et *Ötſe* frater minor natu, nihil uero nouum apud Hungaros, ut *ch* per *cs*, uel *ts*, efferatur, ut *Zichy* legitur *Sitſy* etc. ξ) ܐܟܠ *Echal*, comedit, et *Egyél* comede. ܐܢܐ *Eno*, Ego, et *E'n* idem. ܐܣܝܘܬܐ *Oſiuto*, Sanatio, Medicina, Sanitas, et *Idvözitö* Saluator. *o*)

ܐܣܒܐ

ξ) Diſtinguunt enim Hungari nomina fratrum et ſororum iuxta aetatem, unde *Báttya* dicitur frater maior natu, et *Ötſe* minor. *Nénye* ſoror maior natu, et *Húga* minor.

o) Ita eleganter exprimitur Emphaſis officii et Nominis Seruatoris noſtri, qui ſane eſt Medicina noſtra ſpiritualis כי בחברתו נרפא לנו quoniam in uulneribus eius Remiſſio et Sanatio nobis conceditur, *Eſ.* LIII, 5.

ܐܣܟܘܠܐ Schola, et *Iſkola* idem. ϖ) ܐܣܝܪܐ *Aſiro*, uinctus, unde ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ Domus uinctorum, ſeu Carcer, et *Sir* Sepulchrum. ܐܪܓܘܢܐ *Argono*, Purpura, et *Bárſony* idem. ܐܝܬܝ *Aiti*, attulit, adduxit, unde imperat. ܐܝܬܐ Accerſe, et *Aito* Ianua, quae quaſi adducit in Conclaue. ܒܐܪܐ *Biro*, Puteus, et *Biro* Iudex, quem illud eleganter adumbrat. ܒܓܢ *Bagen*, Clamauit, et *Bögni* uociferari. ܒܝܐ *Baia*, Conſolatus eſt, et *Bai* Sollicitudo, illius quaſi contrarium, ܐܬܪ *Atar*, Locus, deſignatum ſpatium, et *Határ* Terminus, limes terrae praefixus. ܒܥܝܪܐ *Bairo*, Iumentum, et *Barom* idem. ܓܪܒܐ *Garbo*, leproſus, et

Gör-

ϖ) Hoc quidem nomen a Graeco χολὴ ortum omnino eſt, uti et alia ſexcenta, ſi tamen harmoniam nominis Hungarici inire uelis, omnium quidem optime illi reſpondet hoc nomen Syriacum.

Görbe Gibboſus. ܓܪܡܐ *Garmo*, Os oſſis et *Körôm* Vnguis. ܕܝܩ *Dajek*, inſpexit, aſpexit, attendit, et *Daika* Nutrix, quae ad infantes attendere debet. ܕܝܘܬܐ *Dejuto*, Atramentum, et *Ténta* idem. ܕܪܐ *Daro*, Brachium, et *Kar* (ܪ in ܟ mutato) idem, item *Karó* fulcrum ſepimenti. ܘܠܐ *Ovle*, Oportet, neceſſe eſt, et *Köl* (ܘ in ܟ mutato) idem. ܚܕܕܐ *Chedode*, Inuicem, ſimul una, et *Együtt* idem. ܚܘܝܐ *Cheojo*, Serpens, et *Kigyo*. ܚܘܪ *Chevar*, Albus fuit, et *Fejér* idem, et Participium ܡܚܘܪܬܐ *Mechavarto*, Dealbatus, et *Megfejéritett* idem. ܚܙܐ *Chezo*, Vidit, proſpexit, conſiderauit, et *Nézö* uidens, proſpiciens. Et in *Ethpeel* ܐܬܚܙܝ *Ethchezi*, Apparuit, cum Hung. *Tetzik*, *Lâtzik* apparet, uidetur, placet ܛܝܢܐ *Thino*, Lutum, et *Tino* Vitulus. ܟܐܦ *Kibh*, Lapis, et *Kö* idem. ܟܒܠܐ *Kephlo*, Compedes, et *Béklo* (per metatheſin unius literae.)

Com-

Compedes Equorum. ܟܣܝܐ *Kiſſojo*, Pluuia ſerotina, et *Kéſſül* ſero, tarde. ܥܕܐ *Od*, Velut, alii legunt *Edo* Tranſiit, item ܥܝܕܐ *Ajodo*, Conſuetudo, et quod conſtanter euenit, nec non ܥܕܢ *Edon*, Tempus, item ܥܐܕܐ *Idö*, Feſtum, et Hung. *Idö* Tempus, quae omnia eleganter hic accommodari poſſunt. ܥܠܬܐ *Olto*, Altare, Ara, et *O'ltár*. ܥܠܝܬܐ *Elito*, Coenaculum, et *Ebéd* (ܠ in ܒ mutato) Coena. ܥܠ *Al*, ingreſſus eſt, et *A'l* ſtat, eius quaſi contrarium, ita et Imperatiuus ܥܘܠ *Ül*, ingredere, et *Üllj* ſede. ܡܥܠܢܐ *Malono*, Ingreſſus, et *Malom* molendinum, quia ibi grana ingrediuntur, ut conterantur, uel etiam *Menetel* Greſſus, *Bémenetel* Ingreſſus. ܥܣܒܐ *Ezbo* Herba, gramen, et *Zab* Auena, quaſi per Synecdochen generis pro ſpecie. ܥܣܝܩ *Ezik*, Intellectus, et *Eſze* (abiecto ܩ finali) idem. ܥܦܪܐ *Aphro*, Puluis, Terra, et *Por* idem.

ܥܩܪܐ

ܥܩܪܐ *Ekoro*, Radix, et *Gyökér* idem. ܥܪܡܐ *Armo*, Tumulus, et *Verem* fouea quaecunque, forſan per Synecdochen ſpeciei pro genere. ܥܘܪܦܢܐ *Vrpono*, Pecunia, Numi, et *Pénz* (abiecta initiali ſyllaba, et ܢ in ܙ Sain mutato,) idem. ܦܠܓܐ *Pelgo*, Dimidium, et *Fele* idem. ܦܠܫ *Palaſch*, fodit, effodit, perfodit, et *Pallos*, Gladius, Mucro, quocum uel ipſa praecordia fodere atque perfodere queas. ܦܘܪܘܣ *Poroz*, Forum, et *Piartz* idem. ܓܓܐ *Zez*, Clauus, Cuneus, et *Szeg*, (*Zode* in *Gomal* mutato) idem. ܦܪܣ *Paraz*, Expandit, et *Terjeſz* expande, uel *Paraſzt* Ruſticus, quaſi omnibus expanſus et ſubditus. ܐܪܫܠ *Arſchal*, Male fecit, et *Roſzzúl* Impie, Perperam, unde et ܪܫܝܥܐ *Raſchijo*, Malus, et *Roſz* (per Apocopen) idem. ܪܬܛ *Retat*, Tremuit, et *Reſzketet* idem. ܫܐܕܐ *Schido*, Diabolus, et

Sidó

Sidó Iudaeus. p) ܫܒܠܐ *Schebl o*, Spica, et *Szölö* Vinea. ܫܘܪܐ *Schuro*, Murus, et *Sürü* Denſus, ſpiſſus, craſſus, (tales enim muros et moenia eſſe decet) ܫܢܬܐ *Schanto*, Annus, et *Etztendö* idem. ܫܝܦܘܪܐ *Schaipuro*, Tuba, Buccina, et *Sip* Fiſtula. ܫܓܪ *Scherag*, Exarſit, et *Harag* Ira, feruor animi, (ܫ in ܗ mutato) ܐܫܪ *Aſchar*, firmiter credidit, et *Erös* (per metatheſin) fortis, firmus, robuſtus. ܬܒܪ *Tebar*, fregit, et *Töröm* frango. ܒܥܓܠ *Bâgal*, Cito, et *Ballagj*, per metathe-

p) Nolim quidem ego hic applicationem meam facere, quaſi ipſi Iudaei eſſent incarnati diaboli, quanquam, ſi eorum mores et ἀπιστίαν conſideres, non male de iis dixeris illud Seruatoris optimi, ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν, *Io.IIX*, 44. Fieri tamen et id potuit, quod Hungari eos ita nominarint, quia inſtar ſatanae eos auerſabantur, cum primis eo tempore, quo, accenſa luce Euangelii, nequitia Iudaeorum

theſin, Pedes incede. ܐܠܘ ܒܓܝܓ *Begiguto*, Infirmitas, et *Betegült*, infirmabatur, et plura alia, ut taceam ea, quae ex duabus uocibus coaluerunt in unum, quorum non exiguum numerum, induſtrius rerum iſtarum indagator inueniet. σ)

§. XXII.

Supereſt adhuc, ut his excuſſis, *Chaldaicam* quoque tandem adeamus, cuius, ni totus fallor, clarius adhuc, quam uel hactenus commemoratarum linguarum ulla fuit, cum *Hungarica* eluceſcit concordia. Quam in rem ego certe ex hactenus collectis, uel ducentena, et amplius, poſſem

rum in Redemptorem noſtrum exercita, iis innoteſcebat.

σ) u. g. Nomen *Ember* non male dixeris ortum eſſe ex Syriaco ܐܡܐ i. e. Mater, et ܒܪ i. e. Filius, ut *Ember* dicatur quaſi filius Matris, aut Heuae, כִּי הִוא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי *quia ipſa fuit mater omnis uiuentis*, ſcil. hominis, *Gen. III, 20*, ita et *Parázna* Scortator ex ܒܪ filius, et ܙܢܝܐ Scortatio, ortum uidetur, quaſi filius ſcortationis; etc.

poſſem proferre exempla. At, cum de eadem ex inſtituto, dataque opera, hic agere in me non ſumſerim, ſuffecerit, uel ſequentia mihi commemorauiſſe, ut ſunt, בּוּצָא *Buza*, Byſſus, et *Búza* Triticum, quaſi frumentum optimum. בָּב *Bab*, Pupilla, et *Bab* Faba. רוּקָא *Roka*, Sputum, et *Róka* Vulpes. מֵינִיקָא *Meneka*, Nutrix, et *Daika* idem. חֲמָרָא *Chamara*, Aſinus, et *Szamár* idem. שׁוֹבֹתָ *Schobbota*, Sabbathum, et *Szombat* idem, ſpeciatim uero denotat feriam VII, ſeu diem Saturni. צָהַב *Zabab*, irritauit, et *Zab* Auena, כַּד *Cad*, Cadus, et *Kád*, idem. מָרַד *Marad*, Rebellauit, Rebellis fuit, et *Maradok* Permaneo, Perſeuero conſtanter, adeoque illius notat contrarium. קִרְיָה *Kirja*, Ciuitas, et *Keritett* ſubintellige *Város* idem, Cincta moeniis urbs. עַל־מָה *Alma*, propter quid, quare, et *Alma* Pomum. τ) כְּשָׁעָה *Keſchaa*, in momento, ſubito, et *Kéſſö* tarde, illius contrarium.

τ) Forſan hoc nomen ortum eſt hac ratione, ut nomen Mannae a מָן הוּא quid hoc? uide *Exod. XVI, 15*, hoc ſi eſſet, uideretur illud admodum facere pro ſententia eorum, qui fructum arboris uetitae, pomum fuiſſe uolunt, inter quos excellit AVGVSTINVS *de Gen. ad Lit. L, XI, c. 13, p. 271*, et MEGALANDER LVTHERVS *in Com.*

הניה *Hania*, Vtilitas, Vſus, commodum, et *Haſzna* idem. תרה *Tira*, Soluere, Diſſoluere, et *Törni* Frangere, quae ſpecies ſolutionis eſt. שתה *Seta*, Texere, Attexere, et *Szita* Cribrum, forte quia etiam texi debet. טלם *Telam*, Obſcuratus eſt, et *Talám* forſan, forſitan, forte, quia ubi haec particula uſurpatur, ibi nondum clara, ſed obſcura tantum, adeſt rei perceptio. רגז *Ragas*, Efferueſcere, excandeſcere, ira commoueri, et *Ragadozó* Rapax, quod de Leone et aliis beſtiis efferueſcentibus uſurpari ſolet, item *Haragſzom* Iraſcor, ira commoueor. גז *Gaz*, Tondere, item Abſciſſio, et *Gaz* Sordes, ſeu omne id, quod quaſi inutile ab utili abſcinditur et ſeparatur. נוח *Nuach*, Quieſcere, et *Nyugodni* idem. חלס *Chalas*, Placenta, Collyra piſta, cocta, et *Kaláts* idem. לואי *Liuai*, Butyrum, et *Vaj* idem. לואי Vtinam, et *Vajha* idem. בי In, item pro בית per Apocopen בי Domus, et *Bé* Intus, item interiora domus. וי *Vai*, Vae, et דוי *Dauai*, Dolet, Miſer eſt, Luget, et *Fái* Dolet, item *De fái*, quam dolet. צמי *Tzeme*, Abſcindere, Praeſcindere, et *Metzek* Scindo,

Com. in Gen. ad Cap. 41, p. 562, ut hoc pacto, ſi quaeratur, על־מה quare, propter quid, puniuit DEVS hominem? reſpondeatur, *Alma* Pomum, i. e. *propterea, quia de pomo comedebat.*

do, A'bſcindo. *v*) גָּרֵי *Gare*, Incitare, Concitare, Prouocare, et *Gyere* Veni, Adeſto! טט *Tet*, Duo, et *Kettö* idem. שְׁרִי *Schire*, Liber, Solutus, et *Serény* Velox. יֶרֶךְ *Ierech*, Femur, et *Dereka* idem, uel *Derék* Robuſtus, quia in femore robur conſiſtit. בַּל Cor, et *Bal* Siniſter, quia ſcilicet cor in ea etiam eſt parte. קְטוּל *Ketul*, Caedes, Homicidium, et *Kötél* Funis, infauſtum ſaepius ad talia peragenda inſtrumentum. סְקוֹל *Sekol*, Mors, Exitium, et *Pokol* Infernus ſeu Mors ſecunda. גָּלַל *Gelal*, Deuolutio, et *Halál* Mors, forte, quia per eandem et corpus in terram deuoluitur, et, ſi Optimates regni concernat, ſaepe deuolutionem regnorum ſecum trahere ſolet. טִלָּל *Tilal*, Vmbra, et *Tél* Hyems, perpetua quaſi nox et umbra. טָלַל *Talal*, Texit, Obtexit, et *Találok* Detego, Inuenio, adeoque illius eſt quaſi contrarium. חָסַל *Chaſal*, Complere, Maturare, et *Közel* prope, propinquus. עָלַל, *Alal*, quod in *Ithpeel* facit אִתְעַל et notat Ingredi, Influere, et *Ital* Potus, potulentum, quia, ſi ſapit, facile ingreditur. סָכַם *Secham*, Numerare, Supputare,

v) Hic ſi literam מ ponas ab initio, et reliquis in fine anneƈtas k uerbale Hungarorum, ex צְמִי habebis *Metzek*, quoad ſignificationem etiam illi reſpondens.

et *Szám* extruſo כ Numerus, Computus. קֶרֶם *Keram*, Superinducere, Obducere, et *Köröm* Vnguis, digitis ueluti ſuperinductus. קֶבֶל *Kebbel*, Tenebrae, Caligo, Crepuſculum, et *Keuély* Superbus, forte, quia hoc proprium eſt filiorum tenebrarum. Nam filii Lucis ſunt ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ. הֶמִין *Himin*, Credere, fidem habere, et *Hinni* idem. מַגְזֵר *Mighſar*, Serra, et *Zár* idem. סַרְכָן *Sarkan*, Praefectus, et *Sárkány* Draco.χ) מִסְכֵּן *Misken*, Pauper, Egenus, et *Szegény* idem. עוּקְמָן *Ukman*, Prauus, Peruerſus, et *Otsmány* Foedus, Prauus. שֵׂעָרָן *Suaran*, Piloſus, et *Szőrös*, idem. קֶרֶן *Keran*, Cornu, Tuba, Extremitas, et *Köröm* Vnguis. תּוֹרֶן *Toren*, Malus Nauis, praealtus, et *Torony* Turris, quod enim Vrbi Turris, hoc naui malus eſt. גַּס *Gas*, Elatus, ſuperbus, item Craſſus, et *Gaz* Sordes, utrumque non multum ab inuicem abludens. Nam elatus homo ſordidus eſt, cum ſit terra, et ſordidus in conſpectu Dei. DEVS enim ſuperbos odit, et uti ſordes multae ſunt, ita nec ſuperborum

χ) Poſſet et Chald. שְׁרָבָן quietus, tranquillus cum Hung. *Sárkány* conferri, cum primis, ſi uerum eſt, quod communiter creditur, Dracones uiſu et halitu ſolo occidere poſſe.

rum minor eſt numerus. קֵיס *Kes*, Lignum infauſtum, patibulum, et *Kéz* Manus, quia patibulum manus formam repraeſentat, uel etiam *Akaſzſz* Suſpende, quod agere in patibulum iubet. רֵיס *Res*, Stadium, ſeu deſignata pars uiae, et *Réſz* Portio, Pars. כִּיס *Kis*, Loculus, Marſupium, et *Kéſz* Promtus, Paratus. אָנַס *Anas*, Coegit, Urſit, Preſſit, et *Noſza*, per ἀναγράμμα, particula excitandi, Age, Fac. בְּנַס *Benas*, Iraſci, Indignari, et *Panaſz* Accuſatio. Qui enim accuſat, indignatur ei, quem accuſat. בְּקַא *Beka*, Fidit, Scidit, et *Béka* Rana. רַע *Ra*, Infra, Subtus, et *Reà* Super, Superne, ita et אָרַע Infra, et *Arra* ſuper id. שַׁרְכַּף *Scharkaph*, Nidus, et *Szarka* Pica. קַרְצֵף *Kartzeph*, Scabere, Scalpere, et *Karzzolni*, Scabere, fricare. דַּק *Dak*, Tenue, Gracile, et *Tag* Membrum. אָדַק *Adak*, Adhaeſit, et *Akad* Incidit, Haeret. סְדַק *Sedak*, Scindere, Lacerare, Diſrumpere, et *Szedek* Colligo, Comporto, illius oppoſitum. עָרוֹק *Arok*, Fugitiuus, Profugus, et *Iárok* eo, abeo, uel *A'rok* foſſa, perquam fugere non licet, prioris contrarium. זָקוּק *Sakuk*, Neceſſum eſt, opus eſt, et *Szükſég* idem. עֲקִיק *Akik*, Topaſius, et *Kék* Coeruleus. תָּאַר *Taar*, Delineari, et *Határ* Terminus, Limes, uel *Tár*, unde *Tárház* Palatium, lo-

 cus

cus ordinatus et exornatus. גִּבָּר *Gibbar*, Potens, Fortis, et *Bor* Vinum, forte a uirtute ita dictum. בַּר Extra, foras, et *Bör* Cutis, quia externe apparet. קָבַר *Kebbir*, Sepelire, et *Keuerni* Miſcere. גִּנְדַּר *Gandar*, Voluere, et *Kantár* Frenum, quod circumuoluitur Equo. חִוָּר *Chiuar*; Albus, et *Fejér* idem. פַּחַר *Pabhar*, Teſta figulina, et *Pohár* Poculum. צִיר *Zair*, Arctum, Anguſtum, et *Szoros* idem. מַר *Mar*, Dominus, et *Ur* idem. *α*) חָפַר *Chaphar*, Fodit, et *Kapál* (ר in ל mutando) idem. שׁוּר *Schur*, et שַׁר Solui, et *Sár* Lutum, quia reuera lutum nihil aliud eſt, quam terra aquis ſoluta. דְּרַשׁ *Deraſch*, Quaerere, et *Keres* quaere. Atque haec in hanc rem allegaſſe ſufficiat. Quae cum ita ſe habeant, ut uel decem linguarum, ante commemoratarum, inductio inſignem cum *Hungarica* Parallelismum ubique intercedere oſtenderit, nunc, quod cardo ſcopusque totius huius tractationis eſt, etiam excutiendum conficiendumque reſtat, *quantum nimirum eadem etiam cum communi omnium matre* HEBRAEA *colludat, atque conſentiat?*

Vbi

α) Quod ſi ex *Ur* formes *Uram*, Domine mi, et illud retro legas, habebis מָרִי Dominus eius, quod iterum eſt indicium, affinia uel maxime inter ſe eſſe, duo haec nomina.

Vbi quidem, ſi quis ex hactenus allatis, et probatis etiam,iam auguraretur, inſignem inter harum utramque intercedere Harmoniam, is adeo ſententia ſua non excideret,ut potius illuſtri prorſus hic niteretur fundamento. Quod ſi enim filiabus, et iis etiam, quae longiſſime a prima linguarum matre abluſiſſe uidentur, ſaltem in multis eleganter reſpondet *Hungarica*, quidni in hoc capite matri quoque omnium, Hebraeae, quam proxime accedat noſtra? Cum primis, ſi id etiam, quod praetermittendum hic non eſt, aeſtimetur, uix quidquam in *Coptica*, *Arabica*, *Samaritana*, *Aethiopica*, *Syriaca*, atque *Chaldaea* allatum eſſe, quod non, quoad primos ſuos natales, ex Hebraea deduci poſſet atque deberet. Quod ipſum harum linguarum perito, et intimius in eius rei ueritatem inquirenti, facile conſtabit. Nolim ego quidem et reliquis, *Graecae*, u.g, *Latinae*, *Slauonicae*, atque *Germanicae*, immo nec *Copticae*, ſuam cum lingua primigenia inuidere elegantem conuenientiam, quam ipſe iam ſupra, ab aliis monſtratam eſſe, confeſſus ſum, atque ego ipſe profecto plus ſimplici uice deprehendi. Quod ſi tamen haec omnia cum *paralleliſmo*

linguae Hungaricae atque *Hebraeae* intercedente aequus rerum aeſtimator contulerit,inſigniorem prae illis,conuenientiam cum Hebraea habere noſtram, tandem deprehendet. Atque, ne forſan cuipiam, ut caecus de colore iudicaſſe uidear, per exempla ſingularum, abs me hactenus obſeruata; ire non pigrabor, ut hoc pacto et alienis linguis nonnihil inſeruiuiſſe, et noſtrae quoque, per collationem cum reliquis inſtitutam, ſplendorem atque excellentiam promouiſſe uidear.

§. XXIII.

Vt igitur *Slauonicam* nonnihil cum *Hebraea* comparem, non pauca in eadem nomina, ab Hebraeis deſumta eſſe deprehendi,qualia ſunt, u.g. Owes Auena, et אָבַס Saginauit. Tam, Ibi,et שָׁם idem. Zem Terra, et אֲדָמָה idem. Uſſel Abiit, Aufugit, et אָזַל Abiit, digreſſus eſt. Uſſi Aures, et אֹזֶן idem. Zyma Frigus, et אֵימָה Terror, Formido, forſan, quia frigus territat. Né Non, et אַיִן idem. (quod ſi retro legas, habebis ipſiſſimum nomen Slauonicum.) Kárati Coërcere, punire, et אָרַר Maledixit, diris deuouit. Ano Ita, Sic, et אֲנִי Ego, ſubaudi hoc, uel illud, affero. Han-

bjö

bjš Erubeſcis, Pudeſis, et בּוֹשׁ Pudeſie-
ri, Erubeſcere. Wegce Ouum, et בֵּיץ
idem. Syn Filius, et בֵּן idem. Zin-
ka Reſtis, et זִקִּים Catenae, Compedes.
Syla Vis, Robur, Potentia, et חַיִל idem.
Ale Sed, et אֱלוֹ Sed non. Zeman No-
bilis, et חַשְׁמַן Magnas, Primas, No-
bilis. Garek Riuus, et יְאֹר idem. Wi-
no Vinum, et יַיִן idem. Sen Somnus
aut Somnium, et שֵׁנָה Somnus. Každý
quiuis, quilibet, et כַּשְׂדִּי Chaldaeus. Mau-
ka Farina, et מוֹחַ Medulla, quaſi me-
dulla frumentorum, nam, quod remanet,
ſunt paleae et furfures. Moc Robur,
Vis, et מָרַץ in *Hiphil* roborari, uehemen-
tem eſſe. Nowý Nouus, et נוּב Proger-
minare, β) fructum facere. Skala Lapis,
et סָקַל Lapidauit. Učiti Docere, Inſtrue-
re, et עוּץ Conſulere, conſilium inire.
Oſel Aſinus, et עָגֵל Piger. Peſſi Pe-
deſter, item pedes incedens, et פֶּשַׂע
Paſſus, et פָּשַׂע Inceſſit, greſſus eſt.
Chodjm Ambulo, et חוּג Circum-
ire, circinare. Kuriti Calefacere, et
כּוּר Fornax. Chléb Panis, et חֵלֶב
Adeps,

β) Illud enim, quod protrudunt arbores et pro-
germinant, reuera nouum eſt, ita etiam cum
rebus nouis ut plurimum comparatum eſſe
ſolet.

Adeps, quaſi adeps terrae. **Gezero** Lacus, et גְּזֵרָה Auulſio, quaſi abſciſſio aquarum, unde *Gezira* Arabibus dicitur Inſula, *uid.* BOCHARTVS *in Hieroz. P. I, p. 658.* **Chaſa** Colluuies, et חָוָה Delirauit, quod colluuiei proprium eſt. etc.

§. XXIV.

Sed et *Germanica*, hoc in paſſu, de ſuo cum *Hebraea* Parallelisſmo non parum gloriari poterit, cum mihi obiter, et uix tale quid meditanti, quinquaginta et amplius obuenerint, quorum huc nonnulla apponere non pigrabor, e. g. **Miſchen** Miſcere, et מָסַךְ Infudit, Miſcuit. **Sieben** Septem, et שֶׁבַע idem. **Hell** Clarum, Serenum, et יָהֵל Splendet. **Heulen** Vlulare, et חָלַל idem, item inconditum et confuſum clamorem edere. **Nacht** Nox, et נַחְתִּי quieui. **Dach** Tectum, et גָּג idem. **Degen** Enſis, Gladius, et כִּידוֹן Haſta. **Kurtz** Breuis, et קָצוֹר breuis, curtus, per metatheſin. **Fallen** Cadere, et נָפַל cecidit. **Buſſe** Poenitentia, Conuerſio, et שׁוּב reuerti, ſeu Μετανοεῖν, quod ſi retro legeris habebis ipſum Germ. **Buſſe**. **Geruch** Odor, et רֵיחַ idem. **Putzen** Purgare, et פּוּץ Diſpergere, quaſi illius contrarium. **Ueber** Trans-

Trans, עֵבֶר idem. **Ruhm** Gloria, Honos, et רוּם Altitudo, Elatio, Exaltatio. **Welt** Mundus, et תֵּבֵל idem, per methateſin. **Uebel** Male, et עוּל inique egit. **Zeit** Tempus, et צִיר Venatio, item צֵידָה Viaticum. **Zach** uel, ut alii, **Zehe** durum, difficile concoctu, et צַח idem, it. צִיחֶה Arens, Aridus. **Buſſe** Poenitentia, et בּוּז ſpreuit, faſtidiuit, ſc. peccata, per metonymiam effectus pro cauſa, item בּוּס calcare, conculcare, ſcil. ueterem Adamum, cuius initium fit omnino in poenitentia. **Summen** Sibillare, et זוּם Fiſtula, Tibia, Verbum autem Syris cum primis frequens eſt, quibus ܙܘܡ denotat, Tinnire, Reſonare, Strepere. **Leihen** Mutuari, et לָוָה Mutuatus eſt, mutuo accepit. **Schaden** Damnum, et שָׁדַד Nocuit, uaſtauit. **Acker** Ager, et אִכָּר Agricola. **Binnen** Inter, et בֵּין idem. **Tieffe** Profunditas, et טָבַע Immerſus, Demerſus, Submerſus fuit. **Tuch** Pannus, et טוּחַ Obleuit, Induxit, Obduxit caemento. **Thür** Ianua, et טִיר Palatium, Caſtellum. **Zwar** Quidem, et כְּבָר Iam. **Lecken** Lingere, et לָקַק idem. **Löſen** Soluere, et לוֹשֵׁן Detrahens, calumnians, adeoque onerans conuitiis, quod illius oppoſitum eſt. **Seegen** Benedictio, et סֶגֶן Antiſtes. **Hencken** Suſpende-

dere, et חָנַק Strangulauit. Kammer Camera, Cubiculum, et כָּמַר Incaluit, calefecit. Et uel ſexcenta talia, diſperſa hinc inde per totum opus *Thomaſſini*, γ) cumprimis ſtudioſus rerum iſtarum amator facile collegerit.

§. XXV.

In *Latina* etiam, pro copia eius, qua hoc Idioma uocabulorum numero multas alias ſuperat, copioſiorem quoque parallelismum offendere facile quis poſſet, ſi ex inſtituto ſuam hic nauare uellet operam. Mihi quaedam ex multis, quae hactenus uſu uenerunt, hic exhibuiſſe ſufficiet, u. g. Omen, et אֹמֶן *Omen*, ueritas. Terra, et אֶרֶץ *Ara*, idem. Merum, et חֶמֶר *Hhemer*, merum, ſeu uinum meracum, rubens. Luna, et לְבָנָה *Libna*. Motus מוּט *Mut*, Motus, dimotus, fuit, item מוֹט *Mot*, Dimotio. Mutare, et מוּר *Mur*, idem. Meta, et מָטָא *Meta*, Aduenit, Peruenit, Pertigit. Merces, et מֶכֶר *Mecher*, Merces. Amarum, et מָרַר idem. Moeror, et מוֹרָה *Mora*, idem. Pecco, et

γ) In ſupra laud. *Gloſſario Vniuerſali Hebraeo*, quo ad Hebraicae linguae fontes linguae et dialecti ſane omnes reuocantur, Pariſ. 1697 edito in folio.

et פַּק *Pāk*, titubauit, qui enim peccat, is ualde a tramite recti deflectit, *1 Io. III, 4.* Eremus, et אֵרוֹם Nudus, quia in eremo omnia nuda. Pellex, et פִּלֶגֶשׁ *Pillegeſch*, Meretrix. Piger, et פֶּגֶר *Peger*, idem, Cadauer, nam Piger eſt uiuum cadauer. Tympanum תֻּפִּים idem. Munus, et מִנְחָה *Mincha*. Nuto, et נוּט *Nut*, idem. Scandere, et per metatheſin נָסַק *Naſak*. Simulacrum סֶמֶל *Semal*. Pars, et פָּרַס *Paras*, ſcidit, partitus eſt. Bucca, et בּוּקָה *Bùca*, uacuitas. Timor, et טְמַר *Temar*, Chald. Abſcondit, Occultauit, quod eſt ipſe effectus Timoris, unde et Adam poſt lapſum ſtatim ſe occultare ſtuduit, quaeſitus de cauſa, reſpondit, Vocem Tuam audiui in horto, וָאִירָא et timui, וָאֵחָבֵא et abſcondidi me, *Gen. III, 10.* Ira, et יָרִיא *Iari*, Terruit, timore percuſſit, uel יָרָה *Iara*, Iecit, Proiecit, iaculatus eſt, namque ira eſt inſtar iaculorum, uel יָרַע *Iara*, malus fuit, diſplicuit, incommodauit. Nam, qui iraſcitur, illi res ea, propter quam iratus eſt, diſplicet. Sigillatim, et סְגֻלָּה *Segülla*, Peculium. Myſterium, et נִסְתָּרוֹת *Niſtarot*, res abſcondita. Gibboſus, et גָּבַב *Gabab*, idem. Aueo, et אִוָּה *Iuuah*. Camelus, גָּמָל *Gamal*, idem. Aer, et Chald. אוִיר *Oiar*, idem. Marmor, et Chald. מַרְמִירָא. *Canna*, ſeu Arun-

Arundo, et קָנֶא *Kane*, idem. Hyſſopus אֵזוֹב *Eſſobh*, idem. Cornua, et קְרָנַיִם idem. Puer, et נַעַר idem. Ouis, et כֶּבֶשׂ idem. Boare, et פָּעָה exclamauit. Miſceo, et מָסַךְ miſcuit, etc.

§. XXVI.

Sed, ut et *Graecae* linguae ſuus hic conſtet honos, atque eam germanam etiam Hebraeae filiam eſſe eluceſcat, circa hanc quoque nonnihil uerſari iuuabit. Ex tanta autem omnium farragine, uel ſequentia, quaſi extantiora, praeſto ſunto, u. g. ἰσχυρὸς fortis; robuſtus, et אִישׁ. δ) Δίκαιος iuſtus, et צַדִּיק per anagramma, idem. Ἀγάλλω orno, oblecto, et גִּיל. Ἀγαπάω diligo, et עָגַב. Ἀλαλάζω incondi-

δ) Non absque ratione dixerim אִישׁ Hebr. reſpondere Graeco ἰσχυρὸς, cum illud reuera importet hominem ſanum, robuſtum, et ab omni infirmitate liberum, at uero nomen אֱנוֹשׁ denotat aegrum et infirmum, unde illud tantum homini ante lapſum concedebatur, hoc uero poſt lapſum homo conſecutus eſt. Quod ſi uero totam uocem habere uelis, adde Hebr. רֹאשׁ Caput, quaſi caput familiae et robuſtiſſimus. Nam iuniores, ceu imbecilliores, propterea tantum dicuntur נְעָרִים pueri, quaſi robore non tantum ualentes.

conditum clamorem edo. Ἀλλὰ Sed, et אַלָּא Sed non. Ἅλλομαι Salio, et עָלָה Scandit, Aſcendit. Ἁμαρτάνω Pecco, et הַמְרוֹת in *Hiphil*, Rèbellare, quia omne peccatum uoluntarium eſt rebellio aduerſus DEVM. Ἀμύνω Opem fero, ab iniuria defendo, et אָמַן firmus ſum. Ἁρπάζω Rapio, et חָרַף *Hharaph*, Exprobauit, uel, ſi mauis, Arabicum, حَرَضَ Rapuit. Ἄχρι Vſque, et אַחֲרֵי *Abhare*, poſt. Γελάω Rideo, et גָּלָה *Gela*, Splendere, eſt enim, ut PASOR *inquit in Lexico p. 345*, riſus faciei ſplendor. Γλῶσσα, et לָשׁוֹן *Laſchon*, Lingua, per Metatheſin, et ן in נ mutato. Δεῖ Oportet, et דַּי *Dai*, Sufficiens. Δίκω Iacio, et דַּכָּא *Dicca*, Attriuit, Contriuit, quia iaciendo conterimus. Εἰδέω Scio, Cognoſco, et יָדַע *Iada*, idem. Εἰκῶ Similis, et חֵיק: Sicut. Ἔρημος et עֵירוֹם *Erom*, Nudus, Deſertus. Ἥλιος Sol, et הֵל *Hel*, Splendor, propius tamen accedit Germanicum Hell, Serenus. Θίγω Tango, et תִּגַּע *Tiggoa*, Tetigit. Ἴδε Vide, et יְדַע *Iedoa*, Cognoſce. Καίω Uro, Accendo, et כָּוָה *Caua*, in *Niphal*, Uri, Aduri. Καλὴ Pulchra, et כַּלָּה *Calla*, Sponſa. Κενὸς Inanis, Vacuus, et כָּנַס *Cânas*, Collegit, Congregauit, Congeſſit, quod illius contrarium eſt. Κῆρυξ Praeco, et כֹּרֵז *Cores*, Praedicans. Κεφαλὴ

Caput, et כָּפַל *Caphal*, Duplicauit, quod in capite omnia fere ſunt duplicata, aures nempe, oculi, ſiue uno uerbo, ſenſus externi et interni. Κιθάρα Cithara, et כִּנָּרָא *Cinnara*, idem. Λαὸς Populus, et לְאֹם *Leom*, Populus. Λείχω Lingo, Lambo, et לָחַךְ *Lahach*, idem, quod ipſum uidentur iam ipſi LXX Interpretes obſeruaſſe, quando Hebraeum לחך ſemper per Graecum λείχω expreſſerunt. Μεσίτης Mediator, et Chald. מְצִיעָאי *Meziai*, Medium, medianum, nam et mediator eſt quaſi medius inter duos. Μάσσω Pinſo, Subigo, et מָסַס *Maſas*, Liquefecit, Diſſoluit. Νέφος Nubes, et נוּף *Nuph*, Stillare. Νύξ Nox, et נוּחַ *Nuah*, Quieſcere. Οὖς Auris, et עֹזֶן *Oſen*, idem. Σαφὴς Manifeſtus, Certus, et צָפָה *Zapha*, Speculatus eſt, Explorauit. Σωτὴρ Redemptor, et שֹׁטֵר *Schoter*, Moderator. Σάρξ Caro, et בָּשָׂר *Baſar*. Σκηνὴ Habitatio, et מִשְׁכָּן *Miſchkan*, Tabernaculum. Τέφρα Cinis, et אֵפֶר *Epher*, idem, etc. Iam de *Coptica* hoc minus opus eſſet dicere, ſi quis modo Parallelismum Graecae cum Hebraea intercedentem, et iam iam excuſſum nonnihil, rite perpenderit, ex aduerſo etiam aeſtimauerit, Copticam non uno ex capite Graecam imitari atque aemulari, a qua non lite-

literas duntaxat, ζ) numeros, η) et nomina numerorum, θ) ſed et ipſa quoque

ζ) In literis enim conuenire utrosque facile liquet ex omnium inductione, u. g, ⲁ et α, ⲃ et β, ⲅ et γ, ⲇ et δ, ⲉ et ε, ⲍ et ζ, ⲏ er η, ⲑ et θ, ⲓ et ι, ⲕ et κ, ⲗ et λ, ⲙ et μ, ⲛ et ν, ⲝ et ξ, ⲟ et ο, ⲡ et π, ⲣ et ϱ, ⲥ et σ, ⲧ, ſiue †, et τ, ⲩ, ſeu ⲩ, et ⲩ ſeu υ, ⲫ et φ, ⲭ et χ, ⲯ et ψ, ⲱ et ω.

η) Numeri, u. g, ⲁ̅ 1, ⲃ̅ 2, ⲅ̅ 3, ⲇ̅ 4, ⲉ̅ 5, ⲍ̅ 6, etc. ⲓ̅ⲁ̅ 11, ⲕⲓ 21, ⲣ̅ 100, ⲥ̅ 200, ⲁ 1000, ⲃ 2000, etc.

θ) Ita enim numerant, ⲙⲟⲛⲁ 1, ⲇⲓⲟ 2, ⲧⲣⲓⲁ 3, ⲑⲉⲓⲥⲟⲁⲣⲁ 4, ⲯⲉⲛⲧⲉ 5, ⲉⲝ 6, ⲉⲫⲑⲁⲓ 7, ⲟⲕⲧⲉ 8, ⲉⲛⲓⲁ 9, ⲇⲉⲕⲏ 10, ⲉⲛⲧⲉⲕⲟ 11, etc. quanquam non ſim neſcius, eſſe et Coptis numerandi rationem propriam, u. g, ⲟⲩⲁⲓ 1, ⲥⲛⲁⲩ 2, ϣⲟⲙ 3, ϥⲧⲱⲟⲩ 4, ⲧⲓⲟⲩ 5, etc. de qua uide KIRCHERVM in *Gramm. Copt. Prodromo ſuo* annexa, *p. 329*.

que rerum ſigna, ſaepius mutuauit, *ι*) ut adeo uel certitudine mathematica concludi poſſit, quod, quemadmodum ſi duo numeri cum uno tertio in proportione conueniunt, per eam rationem, et tota illa inter ſe aequalia eſſe neceſſum eſt, ita, cum et hic Graeca Hebraeae, et Coptica Graecae reſpondeat, certiſſimum eſt, et Copticam Hebraeae nonnihil ſaltem affinem eſſe debere. Quod uel ſolum ſi perpendiſſet Celeb. HOTTINGERVS, uix in eam, quam ſupra recenſitam dedimus, condeſcendiſſet ſententiam. Sed, ne uidear et ego ante uictoriam Trophaea canere, liberabo fidem meam, atque, et ipſam *Aegyptiacam*, ut confinitate terrarum, ita et affinitate uocum, *Hebraeae* coniunctiſſimam eſſe, docebo ſequentibus. Nam, u. g. ut uel illa tria, ab HOTTINGERO recenſita, hic omittam, adeſt ⲗⲁⲥ *Las*, Lingua, reſpondens

ι) u. g. ⲡⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ *Angelus*, ⲡⲓⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ *Diſcipulus*, ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ *Corpus*, ⲉⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ *Tentatio*, ϯⲥⲱⲧⲏⲣⲓⲁ *Salus*, ⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ *Martyr*, ϯϩⲓⲣⲏⲛⲏ *Pax*, ⲩⲕⲁⲣⲁⲡⲓⲥⲕⲟⲩⲡⲟ *Epiſcopus*, et alia multa, quae pure ſunt Graeca.

dens Hebr. לָשׁוֹן *Laſchon.* ⲁⲗⲓ *Ali*, Attollere, et הַעֲלֵה *Haale*, Aſcendere. ⲁⲛⲟⲕ *Anok*, Ego, et אָנֹכִי *Anochi*, idem. ϭⲁⲗⲉ *Gale*, Debilis, Infirmus, et חָלָה *Hbala*, Aegrotauit, Aegrotus, Infirmus, fuit. ϣⲟϣⲉⲛ *Schoſchen*, Lilium, et שׁוֹשַׁן *Schoſchan*, idem. ⲡⲓⲕⲟⲙⲟⲣ *Pikomor*, et חוֹמֶר *Chomer*, menſura maxima, continens decem Ephas. ⲡⲓⲕⲟⲣⲟⲥ *Pikoros*, et *Corus*, menſura eadem, quae Hebr. etiam כּוֹר dicitur. ⲡⲓⲃⲁⲧⲟⲥ *Pibatos*, et בַּת *Batus*, menſura liquidorum, Ephae reſpondens uni. ⲡⲓⲥⲓⲕⲗⲟⲥ *Piſiklos*, et שֶׁקֶל *Siclus*, moneta argentea, pondere, dimidio Ioachimico reſpondens. ⲗⲉⲗⲓⲉⲧ *Leliet*, Nox, לַיִל idem. ϣⲱⲗ *Schol*, Praeda, et שָׁלָל *Schalal*, idem. ⲉⲣⲙⲁⲛ *Ermun*, malum punicum, et רִמּוֹן *Rimmon*, idem. ⲑⲟⲙ *Tom*, Obturauit, Clauſit, et טָמַם *Tamam*, Abdidit, Abſcondit. ⲑⲉⲗ *Tel*, Tumulus, et תֵּל *Tel*, idem. ⳅⲉⲙ *Zem*, Calor, et חֵם *Hhem*, idem. ⲟⲩⲟⲓ *Ouoi*, Vae, et אוֹי *Oi*, Eheu, Vae. ⲟⲩⲥⲕⲓⲣⲁ *Ouſkira*, Muſtum, et שֵׁכָר *Schecar*, Sicera, ſeu inebrians potus. ϭⲁⲙⲟⲩⲗ Ga-

Gamoul, Camelus, et גָּמָל *Gamal*, idem. ⲉⲃⲣⲏϫ *Ebrich*, Fulgur, et בָּרָק *Barak*, Fulgurauit. ⲗⲁⲃⲟⲓ *Laboi*, Leo, et לָבִיא *Labi*, idem. ⲡⲉⲣⲓ *Peri*, Eſca, et פְּרִי *Peri*, Fructus. ⲓⲁⲣⲟ *Iaro*, Riuus, et יְאֹר *Ieor*, idem. ⲙⲁⲕⲗⲓⲃⲓ *Maklibi*, Baculus, et מַקֵּל *Makkel*, idem. ⲉⲙⲛⲁ *Emna*, Fides, et אֱמוּנָה *Emuna*, idem. ⲧⲉⲃⲓ *Tebi*, Annulus, et טַבַּעַת *Tabbaat*, idem. ⲁⲗⲗⲁ *Alla*, Sed, et אֱלוֹ *Elo*, idem. ⲁⲙⲉⲛ *Amen*, et אָמֵן idem. etc.

§. XXVII.

Ex hactenus igitur allatis nemini, ut reor, iam non conſtabit, *Copticam*, *Graecam*, *Latinam*, *Germanicam*, atque *Bohemicam* non ineleganter in multis formam *Hebraeae* exprimere, non ſecus atque *Hungaricam*, immo forte in nonnullis longe elegantius iſta. Ideo tamen, quampiam ex enumeratis palmam hic *Hungaricae* praeripere, nemo dixerit, qui harmoniam, non modo in *aequalitate litterarum* et *uocum*, ſed et in *terminationum*, *declinationum*, *comparationum*, *affixorum*, *uerborum*, *particularum*, *phraſium*, et ipſius denique *Syn-*

taxeos

taxeos congruentia ſitam eſſe ſecum reputarit. Quodſi enim ad iſta omnia ante memoratarum linguarum indolem extenderis, haerebit rota ſaepius, nec earum facile, niſi in diſparitate forſan, quoad omnia illa momenta, inuenies parallelismum. Quod etiam, ſi per ſingulas ire liceret, oſtendi poſſet facile. Id tamen, quia inſtituti noſtri non concedit ratio, priuatae cuiuslibet meditationi relinquimus, cum nobis ſuffecerit, potiſſimum Hungaricae cum indole *linguae ſanctae* conuenientiam candide explicaſſe.

§. XXVIII.

Ante omnia uero hic de literis, earum figura, ualore, et modo ſcribendi, dicendi ſeſe inſinuat occaſio, cum haec omnia ad ipſa linguarum ϛοιχία atque elementa non incongrue retuleris. Vbi tamen, dum parallelismum monſtrare adgredior, prima ſtatim fronte uel ipſe linguae *Hungaricae* genius atque natura meae aſſertioni contraire uidetur, cum hodie, ipſa iam loquente experientia, *Hungari*, nec a dextra uerſus ſiniſtram, ſuas exarare litteras, neque etiam ad formam Hebraicarum eas exprimere, ſoleant. Nam et characteres Latinorum,

et modum ſcribendi occidentalium,adeo familiarem quidem ſibi reddiderunt, ut crederes, iſta omnia ipſis eſſe quaſi propria, nec aliunde deſumpta. In his ergo et linguis orientalibus uix non omnibus, et communi earum matri, *Hebraeae*, *Hungari* contrauenire hodie omnino uidentur. Quod equidem ipſemet ego negare haut ſuſtineo, nec, ſi negarem, aliud facerem, quam, quod ad lucem meridianam caligantibus euenire ſolet, qui,nimium intentis in ſolem oculis,tandem caecutiunt, ac, praeter tenebras, nil amplius ſe cernere credunt. Lubenter igitur iſta fateor atque concedo, neque tamen quidquam hoc nomine ueritati ſententiae meae decedere intelligo, cum non, quid iam fiat, ſed, quid olim factum ſit, et hodienum fieri poſſit, hic oſtendiſſe ſufficiat. Tametſi igitur non ab uno demum ſeculo literae Latinorum *Hungaris* receptae, et ciuitate *Hungarica* donatae, cum iisdemque modus etiam ſcribendi, a ſiniſtra dexteram uerſus, introductus ſimul fuerit, (forſan, quod,quia inter Europaeos uiuerent, ab iis etiam hoc in puncto abludere iniquum ducerent, aut quod, cum, duce et auctore STEPHANO, *Hungarorum Rege et Apoſtolo*, ad caſtra Chriſtianorum accederent,

rent, *x*) decere ſe exiſtimarent, ut, prouti linguas literasque cum moribus populorum mutari ſaepius contingit, hic quoque, excuſſo religionis paganae iugo, priſcorum illud *Hunnorum* alphabetum cum ratione ſcribendi exſulare iuberetur, indicio forſitan hoc ipſo futuro, quod, quemadmodum iam a ſiniſtris dextram uerſus pingerent literas, ita eorum a ſiniſtris gentilitiae ſuperſtitionis uiis, ad dexterum regiumque ſalutis aeternae tramitem facta ſit conuerſio.) illis tamen, quae beatam iſtam ad optimum Soſpitatorem noſtrum factam μετάνοιαν anteceſſerunt, temporibus, *Hungaros* et propriis ſuis gauiſos fuiſſe literis, ad *Hebraeorum* formam non parum accedentibus, et eorum quoque ſcribendi conſuetudinem uſurpaſſe, hinc clariſſimorum uirorum oſtendunt teſtimo-

 nia,

x) Nam ante iſta tempora uix ullum adferri poteſt teſtimonium, quo, *Hungaros* Latinis iam literis uſos fuiſſe, conſtaret. Tempore autem STEPHANI Regis illas iam in uſu fuiſſe eleganter probat Cel. BELIVS ex antiquiſſimo numiſmate, quod et cum ἐπιγραφῇ ſua exhibet *in Exercitatione ſua ſaepe laudata, Sect. III, §. 6, p. 69, ſeq.*

nia, λ) hinc ipſorum alphabetorum MStorum, quae hinc inde inter eruditos degunt, luculenter euincit copia. Inter priora elegans eſt, quod hanc in rem *Illuſtris Collegii Debreczinenſis* D. et PP. Clar. GEORGIVS CSIPKES KOMARINVS tradit, cum, *ſcribendi modus*, inquit,

λ) Demirari hic ſatis non poſſum celebrem, linguae Hungaricae exornatorem ALBERTVM MOLNÁR, nunquam, quamuis omnem operam oleumque in linguam patriam exornandam contuliſſet, literas illas *Székeliorum* et Hunno-Scythicas, uel uidiſſe, uel uidere potuiſſe, adeo, ut ipſe in *Grammatices Vngaricae ad Lectorem Praefatione* fateatur, *Siculorum uel Székeliorum Transalpinorum literas Hunniacas, quarum etiam meminit* STEPHANVS SZÉKEL *in ſuo Chronico Vngarico, nunquam uidi, neque hominem noui, qui eas uiderit. Rogo itaque Populares meos, inprimis Székulos Tranſſyluanos, ut, ſi quid eiusmodi penes ſe habeant, in publicum illud proferre, cum ſuis commentariis, dignentur.* Et tamen THVROTZIVS, ipſo aetate longe maior, in praefatione Chronici ſui, de Siculis expreſſe, *Hi*, inquit, *nondum Scythicarum literarum obliti, eisdem non encauſti et papyri miniſterio, ſed baculorum, exciſionis artificio, dicarum ad inſtar utuntur.* Et Part. I, cap. XXIV, *Ac characteres ipſorum, cum Abyſſinis, Hebraicis, Syrisque* NB. *affinitatem habent*, *et*

quit, μ) *Hungaris unus et idem eſt cum eo, quo gaudent linguae orientales pleraeque, nimi-*

et a dextra ad ſiniſtram, more iſtorum, ſcribunt. Exſtat talium characterum liber in Bibliotheca Ducis Florentini. Idem confirmat etiam STEPHANVS ZAMOSCIVS *in Analectis Daciae cap. III* ita perhibens, *Supereſt apud hos in Tranſyluania genus quoddam uernaculum ſcribendi, quod ab* ἀρχαιογόνοις *eorum Scythis, iam inde per multa ſecula poſteritati traditum, ac ab oriente in Europam illatum retinetur. Sicut autem linguarum diſſimilitudine Aſiatici ab Europaeis dignoſcuntur, ita et literarum notis ſcribendique forma per omnia diſſident. Nam, cum Europaei dextrorſum elementorum figuras ducant, Aſiatici ſiniſtrorſum ſuas pingunt,* καρκινίζοντες, (Hic tamen forſan ob ignorantiam ſcriptionis excuſandus erit,) *Sola ſiculorum ſcriptura noluit eas leges imitari. Ea enim non ultro citroque, ut Graeca et Hebraea*, ſed NB. *initium a ſummo faciens, deorſum ſe capeſſit, literis deorſum tendentibus, etc.* Sed in hunc errorem forſan inductus, quod uideret, uel legeret, literas Székeliorum baculis inſcriptas, ubi omnino baculo erecto, hoc genus ſcribendi, quod et Sinenſibus eſt conſuetum, uidetur emergere. Sufficit tamen, quod et hinc firmum, pro αὐθεντίᾳ alphabeti Hunno-Scythici, ſumi queat argumentum.

μ) In Hungaria illuſtrata *p. 79*, *§. 4*, referente Pl.

mirum, Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Perſica, Turcica, etc. *a dextra nimirum ad ſiniſtram, quem nulla occidentalium habet,* etc. *Scribendi* autem *modum ſequitur modus legendi.* Quocum ὁμοθυμαδὸν conſpirat et ipſe Cel. IOANNES TSE'TSI, Athenaei Sáros-Patakienſis Profeſſor, eam in rem ita ſcribens, v) *Traditio non incerta eſt, Hungaros in Scythia propriis literis fuiſſe uſos, progrediendo inter ſcribendum a dextra uerſus ſiniſtram, more Hebraeorum et aliorum orientalium. Harum literarum etiamnum, ut aliqui perhibent, ueſtigia apud Székelios Tranſyluanenſes ſupereſſe, extra dubium eſt, licet iis uti paucis datum ſit.* Cuius rei etiam meminit ANDREAS MÜLLERVS *in Alphabetis ac Notis diuerſarum linguarum,* Alphab. Rom. §. 29 inquiens, *Szekelicum alphabetum Vienna ad me miſit* FRANCISCVS SAKIVS, *Hungarus, Theol. Doct. quod Anno 1674 die 18 Febr. Berolini accepi. Priſcorum Hunnorum ſiue Hungarorum Alphabetum is uocabat. Vidi et idem alphabetum An. 1677, d. 29 Nouemb. in Albo, quod uocant, Hungari cuiusdam. Quo die alii duo*

Pl. Reu. Dn. BELIO in *Exercitatione ſua de uet. Lit. Hunno-Scyth. Sect. II, p. 59.*

v) *In Obſeru. Orthograph. Grammat. de recta Hungarice ſcribendi et loquendi ratione, P. I, §. 2, et Sect. II p. 23.*

duo Hungari, manibus mihi propriis teſtabantur, ſe nuper Tiguri, apud IO. MÜLLERVM, *Prof. uidiſſe orationem Domin. et Symb. Apoſt. iisdem deſcripta litteris.* Haec ille. Qui tamen plura eam in rem argumenta collecta legere uelit, et dubia ex aduerſo per IO. FRÖSTERVM *in Dacia Nouo-antiqua*, paſſim formata, ſed etiam ingenioſe et operoſe refutata, adeat ſaepe laudati BELII *Exercitationem de Vetere Literatura Hunno Scytica, Sect. II et III*, qui, in re hac conficienda, omnem operam et induſtriam ſuam laudabiliter impendit. Haec itaque ciues noſtri, quibus in ſuo idiomate, non ſecus ac artificibus in ſua arte, merito credendum eſt. Quid enim, quaeſo, hos et alios uiros, ut ita ſentirent, compuliſſet, ni haec ipſa firmiſſima fulcirentur experientia? Et, qua demum ratione fieri potuiſſet, ut tot alphabeti ueteris Hungarici, quae hinc inde proſtant in MStis, exempla adeo apprime inter ſeſe conuenirent, niſi uera illa et genuina antiquitatis forent documenta. o) Accedit et id, quod ipſe

o) Ita refert ſaepius laudatus Dn. BELIVS, *l. c. Sect. II, §. 20, p. 59*, exemplar alphabeti ſui hac gaudere ἐπιγραφῇ, *Alphabetum priſcorum Hunnorum, quo olim uſi ſunt, lectum more Hebraeo-*

ipſe celebris, ac in comportandis uariorum et rariorum alphabetorum ſpeciminibus, ad admirationem uſque ſedulus, ANDREAS MÜLLERVS *in Tractatu ſuo*, iam laudato; in Tabella aenea, inter alia curioſa et antiquitatem redolentia, referat ac exprimat *Alphabetum* ATTILAE, *Regis Hunnorum*, quod, etſi non memini, ullum Hungarorum exhibere, uel ſaltem illius meminiſſe, genuinum attamen eſſe, euincit uel ipſa mutuo, cum *Alphabeto Hunnorum*, ſiue *Székelianorum Characteribus*, inſtituta collatio. Licet uero literae uideantur inuerſae, quod forſan ex Scriptorum imperitia fieri poterat, non ſecus ac imperiti antea in literatura Hebraea Monachi, nomen τετραγράμματον DEI יְהוָה per Graecum πιπί legebant deſcribebantque, magna attamen

braeorum a dextra ad ſiniſtram. Meum uero, quod etiam MStum poſſideo, et cuidam Amico Rimaſzombatienſi, qui id mecum communicauit, in acceptis refero, etſi tali deſtituatur inſcriptione, tamen uel ipſe, quem habet, literarum ſitus euincit, idem non alio, quam Hebraeis conſueto more exaratum eſſe. Nam in prima ſerie, ſi a ſiniſtris ad dextram legas, tale obuenit exordium, *gy*, *f*, *é*, *e*, *d*, *cz*, *cs*, *b*, *a*, in ſecunda uero *n*, *m*, *ly*, *l*, *k*, *k*, *j*, *i*, *h*, et

men inter has et illas adparet ſimilitudo. Illud uero ATTILAE nuncupatum fuiſſe reor, non quaſi arcano et magico ſcribendi genere fuiſſet uſus, ſed, quia decreta eius et mandata, uel etiam acta et facta hoc pacto deſcripta haberentur. Quod, quia aliae nationes Europaeae legere non poterant, immo nec omnes forte Hunno-Scythae, ad arma magis, quam literas, aſſuefacti, intelligebant, factum inde eſt, ut ſpeciale hoc ei nomen imponeretur. Vtriusque uero, ſi quis abs me natales expetat, confidenter pronunciare auſim, illud ex *Alphabeto Agarenorum*, ſeu *Saracenorum*, quod Eruditus ATHANASIVS KIRCHERVS *in Prodromo ſuo Copto, p. 199*, exhibuit, et nos ex eo depromſimus, deriuandum eſſe, quia hoc uti ſimpliciſſimum eſt, ita Scythis fuit conuenientiſſimum, papyro et pergameno, uel tabulis cereis, deſtituti, ſua omnia baculis quadratis inſculpere ſolebant. Vnde uideas, hodienum a iudicibus et exactoribus contributionum, in pagis retineri, et feliciter

ſatis

et ſic conſequenter in ceteris. Quae certe debito ordine non aliter legere licet, niſi a dextris ad ſiniſtram procedas, et tum demum debitus literis omnibus conſtabit ordo.

ſatis adhiberi. *) Fidem uero aſſerto meo facile tribuet, qui literas, tabulae aereae inciſas, operi noſtro praemiſſas mutuo contulerit. Ex quibus omnibus clariſſime conſtat, Hungaros ueteres non modo propriam ſuam habuiſſe ſcripturam, ſed et eam, quae Hebraeae ualde affinis ſimilisque propemodum eſt. Interea lubens fateor, nouum, idque firmum, huic noſtrae aſſertioni acceſſurum fuiſſe argumentum, quodſi *Vir ille militaris ordinis*, qui anno 1729, ex *Moſcouia Ienam adpulit*, et reperiſſe ſe nationem quandam in Tartaria, quae pure et uere Hungarice loqueretur, aſſerebat, prouti illius rei longam uocabulorum a ſe connotatarum ſeriem, etiam ciuibus

*) Iuuat hic referre exemplum ruſtici illius *Hrabouienſis*, qui, cum literas didiciſſet nunquam, conciones tamen, quas audiebat, ſingulas fuſtellis inſculpebat, atque poſt decem et plures annos, ubi ratio eorum, quae audiuerat, erat reddenda, omnia ſacri ſermonis momenta, haut ſecus, quam ſi in literis habuiſſet relata, promere poterat accuratiſſime. Quem a Pl. Reu. Dn. IO. GLOSIO, *Paſtore Tarnouienſi*, poſt uero Tamaſſienſi, ac poſtremo Aſzodienſi, carmine depictum, exhibet Cel. BELIVS in laudata ſaepe *Exerc. de Vet. Lit. Hunno-Scythica*, *Sect. II, p. 15, ſq.*

uibus noſtris exhibuit, ϱ) in natiuam et genuinam eorum ſcribendi rationem inquiſiuiſſet, ac characterum illorum nobis copiam attuliſſet. Veroſimile tamen eſt, illos a Perſarum literis non abludere, ut ſic etiam, uel cum *Saracenorum*, uel uero

ϱ) Apponam Numerorum et Vocabulorum uere Hungaricorum ſeriem, quam uir ille laudatus, a ſe deſcriptam, Spectab. ac Generoſo Domino THOMAE ROTH DE KIRÁLYFALVA, id temporis, ſtudiorum cauſa, Ienae commoranti, communicauerat, ex cuius liberalitate et ego illam indeptus ſum.

Einige Ungariſche Nuñern und Wörter, wie ſolche die Czeckler alldort pronunciren,

Egy	Eins	*Tüz*	Feuer
Kettö	Zwey	*Viz*	Waſſer
Négy	Vier	*Mäzo*	Fleiſch
Oet	Fünffe	*Szél*	Wind
Kaàcht	Sechſe	*Saude*	Regen
Niolentz	Achte	*Szem*	Auge
Kilentz	Neune	*Nyelv*	Zunge
Tiſz	Zehen	*Czakall*	Barth
Száz	Hundert	*Keez*	Hand
Iſten	Gott	*Láp*	Fuß
Atya	Vater	*Vay*	Butter
Anya	Mutter	*Fa*	Holtz
Soqueck	Geſchlecht	*Zarka*	Aelſter
Keritis	Schantze	*Hémesló*	Reitpferd

uero *Siculorum* ſcriptura apprime conueniant. Sed haec, ad euincendam *Siculorum et Hunnorum Scripturae ueritatem*, ſufficiant. Iam quoad alterum momentum, illud adhuc probandum mihi eſſe uideo, num iſta Hunnorum literatura cum Hebraea quodammodo conueniat? Quanquam enim iſthoc labore in totum ſuperſedere poſſem, quod Cel. Dn. BELIVS ante me iam glaciem fregerit, ac rem omnem, pro ingenii ſui felicitate, confecerit. Attamen, ne opella noſtra in hoc etiam capite manca eſſe uideatur, non abs re fore puto, ſi, quod eam in rem a me quoque cogitatum fuit, adducam.

At-

Foç	Kopff	*Ház*	Haus
Nyàk	Hals	*Fov*	Moraſt
Hay	Haar	*Many*	Ey
Szüv	Hertz	*Törvény*	
Hall	Fiſch	*hely*	Marckt
Neſt	Marder	*Várta*	Wache
Tai	Laus	*E'kes*	Schön
Ey	Nacht	*Vörös*	Roth
Nap	Tag	*Iég*	Eyß
Koe	Stein	*Teel*	Winter
Ty	Bogen	*Ezue*	Abend
Nyil	Pfeil	*Aelet*	Leben
Kakas	Hahn	*Szaruw*	Horn

Haec de litera ad literam ſunt deſcripta, et mihi tranſmiſſa.

Atque, ut plenius quidem hoc caput expendatur, ad quatuor potiſſimum momenta res omnis redire mihi uidetur, ita, ut agatur, *uel de officiis et functionibus literarum*, *uel de ſignificationibus grammaticis*, *uel de figuris et characteribus*, *uel etiam de uocibus et nominibus figurarum*, quae ſingula ſigillatim nonnullis illuſtrare operae erit pretium. Vt uero de ultimo momento initio agamus, non equidem diffitemur, nomina integra, quibus ſingulae illae literae olim gaudebant, a nemine Hungarorum, quantum nobis conſtat, detecta hactenus eſſe. Dubium ideoque uel maxime eſt, utrum illa more Hebraeorum nuncupata fuerunt, u. g. *Aleph*, *Beth*, *Gimel*, *etc.* uel Arabum, *Eliph*, *Be*, *Te*, *The*, *Gſim*, *etc.* uel Syrorum, *Olaph*, *Beth*, *Gomal*, *etc.* uel etiam Abyſſinorum, *Hol*, *Carui*, *Haut*, *Mai*, *etc.* aut alia quadam ratione, his conformi. Hodie enim more duntaxat Latinorum atque Germanorum, ut ſonant, nominantur. Eſt nihilominus probabile, ueteres Hungaros, in exprimendis literarum ſuarum nominibus, ab Hebraica conſuetudine, utpote omnium ſimpliciſſima, uel parum abluſiſſe, uel certe ad Saracenorum, aut Abyſſinorum, rationem proxime acceſſiſſe.

§. XXIX.

Alterum, et maioris momenti eſſe uidetur, et feliciori etiam cum euentu ſuſcipi poterit, quando Harmonia inter characteres *Hebraeos* atque *Hungaricos*, ratione figurarum ſuarum, ſiue imaginum, deſideratur atque quaeritur, cum, ſi ſingula ſingularum literarum ſchemata, iuxta normam Tabulae, a fronte praefixae, cum Hebraeis conferre uelimus, uix quidquam, ſi uocales nonnullas exemeris, cum conſonis duplicatis, quarum apud Hebraeos nulla ſit mentio, reperias, quod non in rem noſtram, ultro citroque faceret. Bene enim 1) Hebraeorum א reſpondere uidetur ipſum Hungarorum A, quod plane, ut illud, tribus conſtat uirgulis, una quidem in tranſuerſum collocata et recta, aliis uero duabus in uncinos nonnihil actis, prouti et in Hebraeo, niſi quod in Hungarico uncinus ille, qui ab imo ſurſum pingitur, paulo ſit breuior altero, cum in Hebraeo uterque pingatur aequalis, quod quidem harmoniae prorſus nihil derogare intelliget is, qui MStos Iudaeorum codices inſpexit unquam, (interea non diffiteor, 𐲀 Hunnorum quam eximie accedere ad A Moſcouitarum, quod

quod idem MÜLLERVS l. c. exhibet,) uel ſaltem ב Rabbinicum hic contulerit. 2) Et Hungaricum B certe pariter reſpondet Hebraeorum ב, ſi non adeo proxime, (quod tamen etiam euincere ſtudet Adm. Reu. Dn. MATTHIAS BELIVS, qui, *Sect. II, §. 8, p. 27,* auguratur, Hungaricum in eam formam coaluiſſe, quod Hungari כב, adeoque *Beth* Hebraeorum geminum quaſi, ſcriberent, quod demum pictum celerius iſtam quidem formam crucis acceperit) remotius ſaltem nonnihil cum eo conuenit. Mihi uero, ſaluis aliorum iudiciis, ab Arabico *Be,* ſeu ب, ortum eſſe uidetur, cui ſi ſuperne uel ornatus gratia duo adiungantur cornua, habebis ipſummet B Hunnorum, Arabicum autem ab Hebraeo omni ex parte abludere etiam nemo dixerit. 3) G reſpondet Hebraeorum ג, quia hic etiam fulcrum ad dexteram partem inclinans ſuffulcitur, ſaltem quod illud gaudeat duobus fulcris, hoc, uno, et quidem nonnihil incuruato ornatus ergo. Sed enim operculum τȣ ג Hebraeorum Hungari abiecerunt, uel usque ad fundum extenderunt, h. modo Ո. 4) D itidem genuinum prorſus Hebraeorum eſt ד modo quod illud in coniunctione extremitatum duorum

 radio-

radiorum in transuerſum actorum, hic etiam, ut ſupra in B, duo quaſi cornua protendat in alteram partem, ut adeo Hebraeum ex uno ueluti ligno natura productum, Hungaricum contra ex duobus, et arte quidem praeparatum eſſe uideri poſſit, qua in re uel Abyſſinorum Taui ┼, uel, quod commodiſſime dicitur Coptitarum Dei ϯ reſpondere uidetur. 5) H quidem Hungarorum prae aliis ab Hebraeorum ה penitus abluſiſſe uideri poterat, at ſi modo intimius et hic rem contemplemur, et iſtae amicas facile manus ſibi porrigent mutuo literae. Quod ſi enim maior pars τȣ̃ ה, quod ר fere repraeſentat, ducatur in arcum), et alterum eius fulcrum in Hebraeo erectum, hic itidem in arcum conuerſum (formes, atque haec duo ita transuerſim coniunxeris, quid aliud, quam H emerget. Quod autem, qui factum fuerit, mirum adeo non eſt, cum et Rabbinorum ס duobus talibus uncis efformetur, quos ſi coniunxeris intimius, uel ex hoc quidem noſtrum emerſiſſe credes, quanquam non negem, illud et, ex Aethiopum *Haut* ሐ, et Armenorum *Hi*, et Eſtrangelae *He*, quodammodo illuſtrari poſſe.

6) V

6) V Hungaricum etiam non male ו Hebraico reſpondere dixeris, quod ipſum non ſaltem ſemel, ſed bis in eodem latere, conſpicitur, idque et rectum et inuerſum. Caeterum accedit illud etiam Samaritano *Vau* ࠅ, ſi illud inuerſum accipias, et Armenico *Vo* ո, itemque et medio, ſeu minori, ≥, ſi illud inuertas, et alteri parti idem fulcrum adiicias. 7) Sed et Cz Hungaricum, etſi non ratione ſoni, bene tamen reſpectu figurae, reſpondet Hebraico ז, idque adeo, ut, ſi Syrorum ܙ *Sain* exceperis, propius inter reliquas orientales, quae ei accederet, uix inuenias. ξ) 8) Gy Hungarorum quod concernit, meo quidem iudicio, uidetur illud ortum ab Hebraeorum ע, ſaltem quod Hebraici *Ajin* brachium, unum protrudat ramum, Hungaricum uero brachio illi duos ramos in crucem compactos iungat, quod quidem ex ea ratione aſſero, partim quod Gy Hungarorum cum G ſimplici paruam, uel nullam, prorſus uideatur habere conuenientiam, prouti tamen factum in reliquis, quae per Y li-

ξ) Nam, u. g. Arabica habet ج, Samaritana ࠂ, Aethiopica ገ cet.

queſactae ſunt, *o*) partim uero etiam, quod inconſtans illud Hebraeorum *Ajin* nonnunquam per ipſum G efferatur, *π*) quanquam hic ideo cum nemine contendere uelim, cum in his talibus, uel affirmandis, uel negandis, non periclitetur ſalus Graeciae. 9) ח, et 10) ט, cum ignorent Hungari, ego quoque illorum parallelismum dare non poſſum. 11) *Iod* ipſiſſimum etiam repraeſentare uidetur י Hebraeorum, ſaltem quod paulo maius pin-

o) Namque et Ny reſpondet τῷ n, et Ty τῷ T, ſolum adhuc Ly, et L, uidetur excipiendum.

π) Ita enim, u. g. *Ajin* Hebraeum per G effertur in ſeqq. עמורה non Amora, ſed *Gomorra*. צער non Zear, ſed *Segor*, et בעור non Baor, ſed *Phegor*, prouti etiam haec tria nomina conſtanter ita uerterunt LXX Interpretes. Non tamen auſim aſſerere in omnibus, nam u. g. בעל non dederunt Bagal, ſed *Baal*. Quod ipſum et ante me aſſeruerunt Rabbini, quos non pauci ex noſtratibus ſecuti fuerunt, qui τὸ ע per *gn* exprimendum putarant, qua de re conferri meretur Cel. OPITIVS *in Grammat. Chald. p. 1*, quos etſi refutauerit recentiſſime *Clariſſimus Ienenſium Theologus et Philologus*, IO. ANDR. DANZIVS, *in Gramm. p. 2*, ipſe tamen inficiari etiam non poteſt, literam hanc medium quid inter H H et G ſonare, quod itidem non parum conuenit cum Hungarorum Gy, ſeu G molli.

pingatur ab Hungaris, et ſuperne, ornamenti loco, tectum quaſi, per lineam tranſuerſum ductam, accipiat, prouti et Germanicum J. 12) K Hungaricum uidetur et Hebraico כ, et 13) ק, affine eſſe, ſi modo, illud non rotundum, ſed paulo anguloſum pinxeris, huius contra caudam praelongam amputaueris. Quanquam illud propius ad Hungar. N retuleris. Inter reliquas uero orientales, quam haec aemuletur, non facile dederis ullam. 14) L Hunnorum equidem etiam prima fronte ab Hebr. ל prorſus abludere uidetur, at, ſi, quod ſentiam, proferre liceat, uidetur illud mihi ex *Lamed* Hebr. inuerſo, additis inſuper quibusdam lineis aliis, ortum eſſe, idque ex ea ratione, ne forſan cum G Hung. confunderetur. Alias uidetur proxime accedere ad Abyſſinum *Lawi*, (ለ) itemque Graecorum *Lambda*, quod tamen, uti utrumque ab Hebraeo prorſus abludere, dixerit nemo, ita, uel, hac ratione, Hungaricum etiam ad Hebraeum nonnihil accedere, quilibet fatebitur. 15) M forſan etiam cum Hebr. מ prorſus conuenire negabit nemo, qui modo ductum utriusque intimius conſiderauerit. Tametſi enim illud duobus quaſi uideatur eſſe praeditum uentriculis, iſtud unico,

hoc tamen nobis parum obeſt, cum et Samaritanum *Mem* ࠌ non duabus, ſed uel tribus, cauitatibus gaudeat. Alioquin conuenit cum Aethiopum *Maj* ው omnium optime, niſi quod hoc ſua in dexteram propendeat facie, illud ad ſiniſtram. 16) N reſpondet Hebr. נ, ſaltem, quod noſtrum, more reliquorum, arcuatum pingatur, Hebraeum contra erectum, alias uidetur etiam affine eſſe Germanorum N, quoad anteriorem ductum ſcilicet. 17) Sz ortum mihi uidetur, mediate ab Arabico *Sad* ص, uel, ſi mauis, ab Armenico *Scia*, uel *Sza*, atque his mediantibus ab Hebraeorum ס, in eo enim tantum differt ab hoc, quod iſtud ſit magis clauſum, illud contra apertum. Quod ſi igitur illius caudam extenderes, haberes ipſummet Sz Hungarorum, prouti et Germ. S cum Latino S, ob eandem rationem, conuenire, nemo negauerit. 18) P Hungarorum, ſine controuerſia, ut reor, accedit ad Hebraeorum פ, modo quod illud uentrem in medio habeat apertum, hoc plane clauſum. 19) Z quoque admodum eſſe affine Hebr. צ, uix credo quenquam iturum inficias, tametſi non negem, illud apparere ut inuerſum, hoc pacto ꓘ, ſiue ut Latinorum etiam, ſed inuer-

inuerſum N, aut, ſi ita mauis, Abyſſinorum *Zai* ዘ, ſed non inclinatum. 20) R Hungaricum, ſecundum ſchema Vener. BELII, cum Hebraico conuenire, difficilius oſtenderis, at iuxta noſtrum eo quidem commodius, quod uncum non ad dexteram, ſed ſiniſtram, ut Hebraeum, inclinet. Sed, hoc uitio ſculptoris factum eſſe, tandem animaduerti, cum in Diagrammate Literarum Orientalium Harmonico, litera R plane etiam, ut meum Exemplar habet, uncum ſuperiorem ſiniſtrorſum flectat, iuxta morem τȣ ר Hebraeorum. 21) CZS uti ratione ſoni adhuc durius eſt, quam ש Hebraicum, ita praeter hanc formam acceſſionem paſſum eſt, quod infra fulcrum adhuc protendat, quo tamen iſtud omnino deſtitutum eſt. Ceteroquin ex Hebraico illud ortum eſſe, quiuis crediderit, qui iſtud ſimpliciſſimum eſſe deprehendit. Et hactenus etiam magis conuenit, quam uel Syriacum ܫ uel Aethiopicum *Sat* ሽ, ratione fulcri uero, ſiue caudae, habet hic aemulum Copticarum *Scei* ϣ, niſi quod illud hic non in medio, ſed fine conſpiciatur. 22) Tandem T et Ty etiam quodammodo ſunt ſimilia τῷ ת, niſi quod illud hoc inuerſum repraeſentet, et fulcra loco cornuum extendat,

pro-

propius tamen accedit ad Samaritanorum *Tau* ⋌, niſi quod ramum, hic in medio protenſum, illud ſuperne collocauit. Ty uero uicinum eſt et Armenico *Ta* Գ, et Abyſſino *Taw* ተ, nec alia ratione ab hoc abludit, quam forma crucis ab X Latinorum. Atque hactenus omnes literas Hebraeorum, Hungaricis ſimiles, uidimus, ſuperſunt tamen adhuc aliae in Hungarico Alphabeto, quae ex aliis itidem linguis deriuari debent, u. g. F a Coptitarum ϕ, uel Graecorum Φ, accerſi commode poterit. In eo enim duntaxat reſidet differentia, quod Hungaricum fulcro careat, et in centro duos ramos in crucem compactos ſiſtat, illa uero non item. E ab Aegyptiaco *Ei* ϵ, ſed transuerſim ſumto, deduci poſſet, etc. Reliquae autem figurae ſyllabicae deſumptae uidentur ab Abyſſinis. Nam *BA* accedit quodammodo Aethiopico *P'ait*, ጰ ratione figurae, *Pa*, ratione ualoris, τῷ ፐ: *BE*, ad ipſum *Pe* ጱ, *BI* uero τῷ *Pi* ጲ, *BO* denique τῷ *Ba* longo ጳ reſpondet, et ſic in reliquis.

§. XXX.

Tertium uero etiam iam excutiendum eſt momentum, ratione nimirum ſigni-

ſignificationis Grammaticae harum literarum. Vbi quidem oleum et operam me perditurum eſſe exiſtimo, ſi diutius in his inquirendis occuparer, cum hic peculiare quid prae reliquis omnibus habeat *Hebraea*, ut de qua, quod communiter dicitur,

Conueniünt rebus nomina ſaepe ſuis,

paucis ſaltem immutatis, dicere poſſis,

Conueniunt ſignis nomina Hebraea ſuis.

Namque אלף notat Hebraeis *Ducem*, quem merito literam hanc, reliquarum omnium quaſi coriphaeum, ducem ac principem dixeris. בת *Domum*, גימל *Camelum*, דלת *Ianuam*, etc. quod quidem uti in nulla lingua reperire eſt, ita et hic quaeſiuiſſe, et anxie extorquere uelle, uitio uerteretur merito. Sed hem, ne hoc quidem proprium linguæ Hebraeae, prorſus incommunicabile fuit, cum in lingua Hungarica etiam, quoad nonnulla ſaltem, res non infeliciter ſuccedat. Nam, u. g. F Hunno-Scythicum uidetur indigitare Caput *Fejet*, k Puteum *Kutát*, ſeu os Putei. Sz os *Szájat* Clauſum, quod et á pictoribus in hanc formam  fere pingi ſolet, O Cingulum *Öuet* et *Ü* Digitos *Ujait*, uel *Ujat* Nouum, quod figura eius protruſionem denotet. Ceterum

rum, ſi forte ea ratione,qua EVSEBIVS Graece, ρ) et HIERONYMVS Latine σ) nomina literarum expreſſit, procedere uellemus, facile et nobis foret, idem conficere negotium. At cum res illa potius in luſu ingenii, quam ἀκϱιβεία, conſiſtat, iſthoc nobis labore superſedere hic loci licebit.

§. XXXI.

Ad magis memorabile igitur procedimus,expoſituri literarum Hungaricarum aeque, ac Hebraicarum, ratione fun-

ϱ) In Praeparat. Euangelic. ubi א exponit per Μάθησιν, ב per οἶκον, ג per πλήρωσιν, ד per Δέλτους, ה per αὐτὴν, ו per ἐν αὐτῇ.

σ) In Epiſtola CLV ad Paulum, ubi א more Euſebiano reddit per *Doctrinam*, ב per *Domum*, ג per *Plenitudinem*, ד per *Ianuam*, ה per *Iſtac*, ו per *Et*, ז per *Haec*, ח per *Vitam*, etc. prout ea in ordinem redacta affert IO. DRVSIVS in Alphabeto Hebraeo, et ex eodem, de re ſacra aeque, ac Philologica, Optime Meritus, VAL. ERNESTVS LOESCHERVS *in ſaepius cum laude commemorato Tr. de Cauſ. Lingu. Hebr. Lib. II, cap. 2, §. 31, p. 271*, ubi et compoſitionem harum uocum, atque ex iisdem integram ab Hieronymo confectam ſententiam affert.

functionum, ſeu officiorum, mutuam conuenientiam. Vbi quidem ſequemur ingenioſiſſimum CASPARVM NEVMANNVM, τ) qui, referente Magnifico Dn. MARTINO CHLADENIO Hungarae Gentis in Alma Leucorea Decore et Ornamento inſigni, φ) contendebat quondam peculiare omnibus literis adſcribere munus, beneficio cuius inuentionis א *Motum*, ב *Materiam* et *Spatium*, ג *Obliquationem et Flexionem*, ד *Protruſionem*, ה *Praeſentiam*, ו *Connexionem*, ז *Euectionem*, ח *Combinationem*, ט *Receſſionem*, י *Extenſionem*, כ *Curuationem*, ל *Admonitionem*, מ *Dilatationem*, נ *Propagationem*, ס *Cincturam*, ע *Obuiam itionem*, פ *Diuaricationem*, צ *Contignationem*, ק *Ambitum*, ר *Egreſſionem*, ש *Significationis aliarum literarum triplicationem*, ת *Sequelam et Continuationem* deſignat, idque, non paucis eam in rem adductis ibidem exemplis, χ) docere conatur.

τ) *In Claue Domus Heber, ut et in Geneſi et Exodo.*

φ) *In Collegio Theologiae Exegeticae MSto, Cap. II, Sect. I, Aphor. II, p. m. 106.*

χ) Ex quibus unicum tantum afferam, nimirum שער, quod Hebraeis notat portam, iuxta inuentionem uero NEVMANNI denotat *ſummum obuiantium egreſſum*, quia ש *Frequentiam*, ע *Obuiam itionem*, et ר *Egreſſionem*

tur. Quae iam ſi conferamus cum literis Hungarorum ueterum, adeo haec omnia, ſi pauca excipias, iis ex aſſe conueniunt, ut crederes, B. NEVMANNVM etiam earundem collatione cum Hebraeis in hanc ingenioſam deſcendiſſe ſententiam. Namque et A Hungarorum, prouti, ratione figurae, cum Hebraeo antea idipſum conciliauimus, ita et hic motum eleganter infert, cum in inferiore parte leuius quidem pondus conſpiciatur, in ſuperiore contra maius. Prouti ergo omne graue deſcendit natura ſua, et tamen grauior pars adhuc ſuperne conſtituta conſpicitur, ita non poteſt non ad imum deſcendere, et hac ſua inclinatione motum prorſus eleganter repraeſentare. B itidem materiam et ſpatium importat ampliſſimum, uel hoc ipſo magis, quando quatuor uncinis pingi ſolet, qui, ſi ita libet, materias omnes ex quatuor, ut communiter numerari ſolent, Elementis conflatas

nem infert, quod ipſum accurate portam deſcribit, ſi non ſpecifice, ſaltem in genere. Nam alias negari non poteſt, et in uiis publicis, item in praelio, ſummum obuiantium eſſe egreſſum et congreſſum, neque tamen ideo uel uiam regiam, uel praelium, nomine שער quiſpiam inſigniuerit.

tas indigitare poſſunt, quibus autem poſitis, ſpatium praeſupponatur, neceſſe eſt. G quoque *Obliquationem* et *Flexionem* eleganter adumbrat, quando in coniunctione duorum radiorum angulum ſatis obliquum efformat, quod ſi uero fingas, radium alterum in coniunctione eſſe mobilem, flexionem uariam hac ratione ſimul repraeſentare poteris. D *Protruſionis* cuiusdam repraeſentat faciem, immo fere dixerim concinnius, quam ipſummet Hebraeorum ד, nam iſtud praeter unicam protruſionem amplius nil infert, illud uero et ſurſum, et dextrorſum aeque, ac ſiniſtrorſum quasdam relinquit ἀποφύσεις. H *praeſentiam non ſimplicem*, ſed plane intimam, importat, cum hic duo concurrentes ſemicirculi, ad conſtituendum totum circulum, natura ſua propendeant, praeterea uero iidem intime compacti pinguntur, in crucis fere formam, quod omne arctiſſimam *rei praeſentiam et unionem* importat, qua ratione et hic Hebraeorum ה facile exuperant. V *Connexionem* infert, et iterum, ut quiuis uidet, melius, quam ipſum Hebraeorum ו. CZ *Euectionem* importat, quando cum Hebraeorum ז accurate ſagittam refert, quae uti facilius altiora fere

I petit,

petit, quam profunda, ita et hic *Euectionis* ſymbolum non inelegans eſt. ח et ט cum non habeant Hungari, hic quoque parallelismum monſtrare deſiſtimus. Quod ſi tamen Ty Hungarorum, cum ט Hebr. conferre uolueris, *Receſſionem* illud monſtrare poteſt, quia ex uno centro quatuor radios diuergentes, adeoque a ſe inuicem recedentes, emittit. Iod Hung. non male *Extenſionem* repraeſentare dixeris, imo, ni fallor, uel melius, quam י Hebraeorum. Illud quippe et ſuperne per lineam longam, ex fulcro prodeuntem, ulterius, quam baſis ipſa, ſeſe extendit ac protendit, Hebraeorum uero non item. Vt ſupra uidimus, K Hung. formam כ et ק referre, ita et hic utriusque uices referre poteſt. Nam et *Curuationem* repraeſentat, quando quadrilaterum eſt, et *Ambitum*, quando lateribus ſuis clauditur, et hac ratione proxime ad oualem, ſeu circularem, figuram accedit, quae tamen iudicio omnium Mathematicorum facile maximum complecti creditur ambitum. L *Admotionem* deſignare clarum eſt, quando columnae ad decidendum quaſi collocatae, alia tria fulcra admouentur, ut illam ueluti fulciant, et in ſitu ſuo inclinante, conſeruent, quod omne

omne iterum felicius, quam uel Hebr. ל, *Admotionem* repraeſentat. M uero Hungarorum *Dilatationem et uirtualem*, *et actualem*, includere mihi uidetur. Quodſi enim fingas, lineam in medio extenſam, cum annexis ex utroque fine, a fulcro maiore recedere, actu ſeſe extendet in unum △, cum antea duo ueluti Triangula erant conſpicua, et ſic uirtualem adeſſe *Dilatationem* nemo inficiabitur. Sed et actualem adeſſe uel exinde colligere eſt, quod unum △ Triangulum ſuper aliud extenſum ſit, non alia certe ex ratione, quam ut maius complectatur ſpatium, quod uero iterum ſine dilatatione fieri non potuit. N *Propagationem* mirifice etiam oſtendit, quando caret obſtaculo, et, ne forte in propagatione hac ſua impediri poſſet, ad interiora ſeſe deflectit, non ſecus ac lupulus in omnes partes ſeſe propagare ſolet. Nec aliud indigitat litera Ny, quae lunam creſcentem, et ſic, quaſi lucem per totum ſuum corpus propagantem, ſiſtit. Sz itidem, prouti et Hebr. ס, *Cincturam* inferre uidetur, et quidem non unam et ſimplicem, ſed compoſitam, quia ſeſe, inſtar duorum uncorum, duas res cingere ualentium, exhibet, prouti et Latinorum S. Gy uero, quod lite-

rae Hebr. ע antea reſpondere dixi, forſan hoc pacto *obuiam itionem* repraeſentare poteſt, quod erectum conſiſtat, et caput quaſi ulterius inclinet, ad ſignificandam ambulationem, ſiue iam id fiat obuiam, ſiue minus. Sed et P Hung. *Diuaricationem* clarius repraeſentat, quam Hebraeorum פ, quod clauſum eſt, cum illud reuera diuaricatum, immo, ut ita dicam, triuaricatum, et mire apertum, reique alicui diſtento ore ueluti inhians, ſeſe ſiſtat. Z *Contignationem* prorſus eleganter inſinuat, quando quaſi duos aſſeres arcte coniunctos, et in ſuis extremitatibus iterum aliis contignatos, proponit. R Hung. initiale *Egreſſionem* non unam, ſed duplicem, et triplicem etiam importare uidetur, quando arborem ueluti ſiſtit, ex cuius ſtipite ſurſum, dextrorſum, ac ſiniſtrorſum alii aliique rami egrediuntur. Et denique CZS *Triplicationem literarum* prorſus eleganter commonſtrat, cum et tribus, ut ש Hebraeorum, gaudeat ramuſculis, et tres quoque praeciſe literas, in pronunciatione plena, requirat, C uidelicet, Z, atque etiam S. Tandem T *Sequelam et Continuationem* importat, non alia ratione, quam Hebr. ת, tametſi, huius figuram inuerſam, noſtrum accurate reprae-

praeſentare, ſupra uidimus. Et hactenus quidem, ni uehementer fallor, omnimodam literarum Hungaricarum cum Hebraicis dedi conuenientiam. Sed uti, haec ingenioſiora atque iucundiora eſſe, quam ſolidiora, non negauerim, ita diutius iis non inhaerendum eſſe, exiſtimo, ſed ad rem ipſam iam erit deueniendum. De Accentibus autem et diuerſis Vocalibus, longis, u. g. et breuibus, item duplicibus, ſiue Diphthongis, nihil addam, cum ad euincendam in his cum Hebraicis conuenientiam, ſuffecerit, ea uel obiter allegaſſe, quae ante nos Cel. ICtus, IO. FERD. BEHAMB, *in Not. Hung. Antiquo Modern. ʃ. 128*, addit. *Hunno Vngaros*, ait, *Hebraeae Linguae ueſtigia non potuiſſe abolere, arguit ſpeciale nomen Hunni a Chana, item literarum natura in ſono et affectu. Ab Vngaris enim interdum A ut Patach, E ut Saegol Hebraeorum, clare et ore apertiore proferuntur, et plerumque notantur accentu acuto, ſic á, é, aut duplicantur aa, ee, poſterior a quibusdam pingitur ę, interdum uero ut Cametz obſcure, et quaſi cum e mixtum. E ut Zere pronunciatur. S cum denſiore ſibillo proferunt, uelut Hebraei* ש *Schin etc. Z profertur ut Zain* ז *Hebraeorum, et* ſ *Germanorum in uocibus* nas *etc. Sz leniter pronunciatur, ut* ס *Hebraeorum etc.*

quod ipſum ex ALBERTI MO'LNA'R *Grammat. Vngar. Lib. I, c. I,* non inconcinne excerpſit.

§. XXXII.

Ex literis, quas hactenus uidimus, fiunt ſyllabae, et ex his uoces, quas itidem, ſi cum Hebraicis contuleris, non minus ſuauiter in multis multas conuenire, deprehendes, adeo quidem, ut mihi, Lexico Hungarico penitus deſtituto, ſola ſuggerente memoria, uel tercentena, et amplius, numerare licuerit, ex quibus potiora ſaltem, ordine Alphabetico, apponere eſt animus, quo interea breue ſaltem *Lexicon Harmonico-Hungaricum* adornauiſſe uidear, donec plenius cum DEO et die conficiam.

Adtam, Dedi, et נָתַן *Natan*, Dedit.
Addig, Donec, et עַד *Ad*, idem.
Aha, Apage, et אֲהָה *Aha*, idem, quocum et Syrorum ܐܗܐ Profuge, Abi, coincidit.
Alá, Infra, et עָלָה *Ala*, Aſcendit.
Alázom, Humilio, et עֲלַזְתֶּם *Alaſtem*, Exultatis.
A'lom, Somnus, item Somnium, et חָלוֹם *Hbalom*, idem.
Alunni, Dormire, et לוּן *Lun*, Pernoctare.

An-

Angyal, Angelus, et מַלְאָךְ *Malach*, idem, quod per metatheſin dabit *Amchal*, unde Hung. *Angyal.* Conf. hic EDM. CASTELLVM *in Lex. Heptagl. p. 1846.*

Anyám, Mater mea, et אֵם *Em*, idem, quod a rad. inuſitata אָמַם *Amam* deſcendit.

Apám, Pater mi, et אָב *Abb*, Pater.

A'r a d, Creſcit, ſigillatim aqua, ſeu inundat ſeſe, et יָרַד *Iarad*, Deſcendit, Praeteriit, illius oppoſitum.

Araſz, Spitama, et זֶרֶת *Seret*, idem.

Auat, Antiquus, Germ. **verlegnes, verfallenes**, et עָבַט *Abbat*, Pignoratus eſt, forte, quod id ipſum cum primis rebus diu oppignoratis eueniat.

Az, *Ez*, hic, haec, hoc, et זֶה *Se*, idem, quod, ſi retro legas, habes *Ez* formale.

Bab, Faba, et בַּב *Babb*, Pupilla.

Bal, Siniſter, et בַּל *Bal*, Cor, quaſi transpoſitum לֵב forte, quia, cor magis in ſiniſtram partem protendi, quam dexteram, creditur.

Bárſony, Purpura, Byſſus, et אַרְגָּמָן *Argaman*, idem.

Bé, Intus, et בּוֹא *Bo*, Venire, Intrare.

Béka, Rana, Bufo, et בּוּקָה *Buka*, Vacuitas, Euacuatio, etſi, propius Lat. Bucca illud reſpondere, non negem.

Béllyeges, Stigmate notatus, et פִּלֶּגֶשׁ *Pillegeſch*,

geſch, Meretrix, forte, quia hae notatae ſunt, uel ſaltem in conſcientia ſtigmate ſignatae.

Bézárom, Claudo, Occludo, et עָצַר *Azer*, idem, ע in ב mutato.

Barom, Iumentum, et בְּהֵמָה *Behema*, idem, ה in ר mutato.

Borbély, Tonſor, item Chirurgus, et פַּרְבָּר *Parbar*, Pars exterior, foras ſpectans, forte, quod hi exteriora hominis curent, interiora Medici ſtricte tales.

Bör, Cutis, et בַּר *Bar*, Extra, quia cutis eſt externe, uel עוֹר *Or*, ipſa cutis.

Bor, Vinum, et גִּבּוֹר *Gibbor*, Fortis, uel בוּר *Bur*, Purus, quod Vinum purum ſit et forte.

Buza, Triticum, et אָבַס *Abas*, Saginauit hinc מַאֲבוּסִים *Maabbuſim*, Granaria, reiiciendo א initiale ad finem.

Bün, Peccatum, et בוּן *Bun*, Intelligere, quia per peccatum intellexit homo, et experimento didicit, quid interſit inter bonum et malum, bonum obedientiae, et malum inobedientiae, ut loquitur Diuus AVGVSTINVS.

Büz, Foetor, et בָּאַשׁ *Baaſch*, Foetuit.

Csömör, Morbus Hungaricus, qui oritur ex coagulatione humorum, et חֹמֶר *Hhomer*, Lutum, ſiue חֵמָר *Hhemar*, Bitumen, quod ex tali bituminoſo ſan-

ſanguine ille morbus exoriri ſoleat. Plura ad hanc literam non affero, cum Hungarica lingua, accurate loquendo, omni C careat, et tantum T in illius locum, uel K, ſubſtituat, unde et ad has literas maior erit Harmonicorum uocabulorum numerus, tametſi et ibi ſelectiora tantum afferam.

Dajka, Nutrix, et מֵינְקָא *Meneka*, idem, uel etiam יוֹנֵק *Ionek*, Lactens.

Dereka, Latus, Femur, et יָרֵךְ *Iarech*, idem, uel יַרְכָּה *Iarca*, idem, ex quo utroque Hungaricum coaluiſſe uidetur.

Dob, *Dobok*, Tympanum, et תֹּף *Toph*, idem.

Dörög, Subintellige *a Menny*, unde uerbum *Mennydörög*, Tonat, Fulgurat, et בָּרַק *Barak*, Fulgurauit, ב in ד mutato.

Drága, Carum, Pretioſum, et דָּגַר *Dagar*, Collegit.

Eb Kölke, Caniculus, Catellus, et כֶּלֶב *Celeph*, idem.

Ember, Homo, et גֶּבֶר *Gebber*, Vir, quaſi fortis, unde et Latinis a uiribus dictus.

E'nek, Cantio, et עָנָה *Inna*, Cecinit, ה in ק mutato.

E'jjel, Nocte, et לַיִל *Lail*, Nox.

E'kes, Elegans, Formoſus, et חָשַׁק *Hhaſchak*, Amauit, nam elegantia tantum amari ſolent, non turpia, aut, ſi turpia ſint, tamen ab amantibus ut pulchra proponuntur.

Eleſſitek, Acuo, et לָטַשׁ *Lataſch*, Poliuit.
Egér, Mus, et עַכְבָּר *Akbar*, idem.
Erös, et אֶרְאֵל *Erel*, Valens, Praeualidus, (ל in שׁ mutando) uel עֵזֶר *Eſer*, Adiutorium, per metatheſin literarum, namque, adiutorium praeualidum ſit, neceſſe eſt.
Etel, Cibus, et אֹכֶל *Ochel*, Cibus, Eſca, Commeatus, (כ in ת mutato.)
Ezer, Mille, et עָשָׂר *Aſar*, Decem, uel, ſi ita mauis, עֵזֶר *Eſer*, Auxilium.
Fázom, Frigeo, et חָסַם *Hbaſam*, Obturauit, Obſtruxit, Occluſit, Coercuit, quo ipſo eleganter exponitur frigoris immanitas.
Fejér, Albus, Candidus, et חוּר *Hbur*, uel ut Chaldaei exprimunt חִוָּר *Hbiuuar*, idem.
Fiatal, Iuuenis, et טָלֶה *Thale*, Agnus lactens.
Frigy, Foedus, Pactum, et בְּרִית *Berith*, id.
Fúlok, Suffocor, et חוּל *Hbul*, Dolere, Contremiſcere.
Gaz, Quisquiliae, et חֲשַׁשׁ *Hbaſchaſch*, idem, abſorpto uno שׁ.
Jég, Glacies, et גְּלִיד *Gelid*, idem, it. Gelu.
Geſtenye, Caſtanea, et אֱגוֹז *Aegos*, Nux, uti communiter redditur *Cant. VI, 11.*
Görbe, Gibboſus, et חָרְבָּה *Hborba*, Vaſtatio, Deſolatio, ſeu omne id, quod eſt

in

in ſtatu praeternaturali, item גָּבַב *Gabab*, Gibboſus fuit, ב in ר mutato.

Győző, Victor, Vincens, et נוֹעַז *Noaz*, Robuſtus, Robore praeditus, qualem omnino eſſe oportet, qui uincere debet.

Gyors, Alacris, et גֹּרֵשׁ *Goreſch*, Expellens.

Halaſztani, Differre, et הִסְלַחְתִּי *Hiſlabhti*, Condonare feci.

Halgas, Tace, et חֲרַשׁ *Hharaſch*, ר in l et g mutato.

Hamar, Cito, Motu celeri, et כָּמַר *Camar*, quod in *Niph.* notat Incaleſcere, hoc autem fit, ut Phyſici norunt, per motum rapidiſſimum aëris, item גָּמַר *Gamar*, Perfecit, Abſoluit, Compleuit, nam celeriter laborando, res abſoluitur, uel, אָמַר *Amar*, Dixit, quo etiam celeritas eleganter depingitur. Nihil enim celerius eſt, quam uerbum proferre, unde et Prouerbium, Dictum, factum, Vel denique מַהֵר *Mahar*, Feſtinauit, per literae ה metatheſin.

Harag, Ira, et חָרַג *Hharag*, Horruit, Contremuit, more iraſcentium, item חָרָה *Hhara*, Exarſit, atque tandem חָרַךְ *Hharach*, Cremauit, Vſſit, Combuſſit, quod ipſum effectum irae in homine depingit.

Haſas, Obeſus, et craſſo uentre, atque חֲשַׁשׁ *Haſchaſch*, Gramen aridum, quod illius contrarium eſt. *Ha-*

Határ, Terminus, Limes, et חָטָא *Hbata*, Peccauit, a ſcopo, termino, et limite aberrauit, uel חֹטֶר *Hboter*, Baculus, qui in limitibus termini loco erigitur, uel etiam חָתַר *Hbatar*, Fodit, Effodit, quia in terminis foſſae quaedam effodi ſolent.

Hó, Nix, et הוּא *Hu*, Ille, forſan ea ratione ortum Hungaris, ut Manna Hebraeis, quod cum decideret, dicebant, מן הוא quaſi, Quid hoc? *Exod. XVI.*

Honnan, Vnde, et אָנָּה *Anna*, Quo, Vnde?

Homok, Sabulum, et חוֹמָה *Hboma*, Murus, quod ex calce et ſabulo, ſeu arena, praeparetur.

Houá, Quorſum? et הֹוָה *Houa*, Aerumna.

Hozzá, Ad eum, et חֹסֶה *Hboſe*, Confugiens ad aliquem.

Huzok, Traho, et חוּס *Hbus*, Pepercit, Miſertus eſt.

Járo, Ambulans, Incedens, et יֶאֱרַח *Iaaroahh*, Iter facit, Peregrinatur.

Iga, Iugum, et יָגַע *Iaga*, Defatigauit, Laborauit.

Igaz, Verus, Iuſtus, et צַדִּיק *Zaddik*, Iuſtus, (eiecto ד, et literis reliquis transpoſitis.)

Idö, Tempus, et עַד *Ed*, Aeternitas, Seculum,

lum, uel עֵת *Et*, cum affixo עִתּוֹ *Itto*, tempus eius

Igen, Valde, et יָגוֹן *Iagon*, Moeror, Moeſtitia, quae uehemens eſſe ſolet.

Ingyen, Gratis, Fruſtra, et חִנָּם *Hbinnam*, Gratis, immerito, fruſtra.

Iutalom, Prouentus, Fructus alicuius laboris, et יְבוּל *Iebul*, idem, ב in ת mutato.

Kard, Gladius, Framea, et חֶרֶב *Hbereb*, idem. Cum enim Hungari non habeant *Cheth*, uſurpant loco illius k, et ב hic loci mutant in ד, *Saegol* abiecto.

Kár, Damnum, Dolendum, et יְקָר *Iekar*, Pretium, Pretioſum, huius enim iactura deploratur.

Kaláts, Placenta, et חַלָּה *Hballa*, idem.

Kemény, Durus, Pertinax, et חוֹמֶץ *Hbomez*, Praefactus, Violentus, Obſtinatus, (ץ in ן mutando.)

Kérem, Rogo, et חֵרֶם *Hberem*, Deuotum, item Anathema.

Kereſem, Quaero, et כִּרְסֵם *Cirſem*, Suffodit, inſtar metalli foſſorum, quod Hungarici uocis emphaſin non parum auget.

Kereſzt, Crux, et חֶרֶס *Hberes*, Sol, quia calore ſuo facit terram aridam, item חֶרֶשׂ *Hbereſch*, Teſta, uel Aridum lignum, quale et Crux eſſe ſolet, unde Germ. dicitur, **das dürre Holtz des Creutzes.**

Kéz,

Kéz, in plur. *Kezek*, Manus, et חָזַק *Hbaſek*, Inualeſcens, Validus, Fortis, Robuſtus, quia in Manibus robur omne conſiſtit, quibus ligatis etiam fortiſſimus nihil poteſt.

Késſö, uel *Késſül*, Tarde, et חִישׁ *Hbiſch*, Cito, Celeriter, quod illius oppoſitum, forte ortum per Ironiam.

Kiuánom, Cupio, Efflagito, et אָוָה *Iuua*, Concupiuit, item כָּמַה *Cama*, Deſiderauit, ex quo utroque uerbum Hung. facile deduxeris.

Köd, Nebula, et אֵד *Ed*, Nubes, ex illis enim hae oriuntur.

Költök, Excludo, item Conſumo, impenſas facio, et חָלַט *Hbalat*, Excidit, Praecidit, item כָּלָה *Cala*, Conſumſit.

Köles, Milium, et חָלַשׁ *Hbalaſch*, Debilitauit.

Koma, Suſceptor, et חָמֶה *Hbame*, Socer.

Kopaſz, Caluus, et חֹפֶשׁ *Hbophaſch*, Libertas, hinc חָפְשִׁי *Hbophſche*, Liberi, Manumiſſi. Comparatio forte in eo inſtitui poteſt, quod, ſicut calui pileati ſemper incedunt, ita et Liberi, ſaltem apud Romanos, pileis uſi ſunt, cum ſerui aperto capite incederent.

Korſó, Vrceus, et חוֹר *Hbor*, Foramen, Cauerna, uerbo, quod excauatum eſt.

Köröm, Vnguis, et גֶּרֶם *Gerem*, Os, oſſis.

Kolyi-

Kolyiba, Tuguriolum, tempeſtatibus omnibus expoſitum, et de loco in locum facile transuehendum, et חֲלִיפָה *Hbalipha*, Mutatio, Viciſſitudo.

Lágy, Mollis, Glaber, Blandus, et חָלָק *Hbalak*, idem, ח abiecto.

Láng, Flamma, et לַהַט *Labat*, idem.

Lakat, Seraculum, Clauſtrum, et לָקַט *Lakat*, Legit, Collegit.

Lakom, Veſci, Conuiuari, et לָחַם *Labbam*, idem.

Le-ſzedek, et לִקֵּשׁ *Likkeſch*, Collegit, Vindemiauit.

Maradok, Permaneo, Perſeuero, et מָרַד *Marad*, Rebellauit, quod illius contrarium eſt.

Marha, Iumentum, et מָהַר *Mahar*, Vendidit.

Madár, Auis, et מָהַר *Mahar*, Feſtinauit.

Máſa, Centenarius, et מַשָּׂא *Maſa*, Onus.

Mély, Profundus, מְחִלָּה *Mebhilla*, Foſſa, Cauerna.

Máſzok, Repo, et מָשָׁה *Maſa*, Extraxit.

Melly-táj, Quando, et מָתַי *Matai*, idem.

Mennyi? Quoteni, Quot, et מְנִי *Mene*, Numerus, Copia.

Metzek, Scindo, et מְחַצֵּץ *Mebhazzez*, Diſcindens.

Mühely, Officina, et אֹהֶל *Ohel*, Tentorium.

Nyál, Sputum, et חֶלְאָה *Hbela*, Spuma, (ח in נ mutando.)

Nyar,

Nyắr, Aeſtas, et נֵר *Ner*, Lumen, uel נִיר *Nir*, Nouauit, quia Aeſtas omnia innouat.

Nyelek, Lingo, et לָחַךְ *Labbach*, uel לָקַק *Lakak*, idem, unde Germanice Lecken.

Nyelni, Deglutire, et לוּעַ *Lua*, Abſorpſit. Deglutiuit, in *Niph.* נלוע, ex quibus literis, ἀναγραμματικῶς, Hung. *Nyelv* elicies.

Nyomorrúyt, Miſer, et מָרוּט *Mărut*, Depilatus eſt.

Noſza, Age, quaeſo, obſecro, et נָא *Na*, idem.

Nyugodalom, Quies, et נוּחַ *Nuahh*, idem.

O'l, Stabulum, ſeu Suile, et חוֹל *Hbol*, Arena, Locus ſordidus.

Ok, Ratio, et חֹק *Hbok*, Statutum, ſeu חֻקָּה *Hbükka*.

Okos, Doctus, et חָכָם *Hbacham*, Sapiens, (ם in ש mutato.)

Ökör, Bos, et בָּקָר *Bakar*, Iumentum.

Ör-állö, Vigilans, et עוּר *Ur*, Euigilare.

Önts, Funde, et נְטֹשׁ *Netoſch*, idem.

Öntök, Fundo, et נוֹתֵךְ *Notech*, Effulgens.

Örizem, Cuſtodio, et שֹׁמֵר *Schomer*, Cuſtodiens, per literarum metatheſin.

Oſtor, Flagellum, et שְׁטֹט *Schetot*, idem, (ט in ר mutato.)

Öſzve, Simul, et סֹפֶה *Sophe*, Colligens.

Öſzve-veſzett, Implexum, Perplexum, et סֹבֵךְ *Sobbech*, idem.

Ör-

Orzöni, Cuſtodire, et נְצוֹר *Nezor*, idem.
Ortza, Facies, et אַרְצָה *Arza*, Terra, facies terrae.
Röjts, Abſconde, et סְתֹר *Setor*, idem, quod ſi retro legas ſine punctis, habebis ipſummet Hungaric. Imperatiuum.
Reggel, Mane, et רֶגֶל *Regel*, Pes.
Réſzeg, Ebrius, et שָׁכַר *Schachar*, Ebrius fuit, per metatheſin literarum, et כ in g mutato.
Ros, Frumentum, et ראשׁ *Roſch*, Zizania.
Roſzſz, Malus, et רָשָׁע *Raſcha*, idem.
Sas, Aquila, et סָס *Sas*, Tinea, Blatta.
Siſak, Galea, et נֶשֶׁק *Neſchek*, Arma, Armatura.
Szabad, Liber, et זָבַד *Sabad*, Dotauit, Donauit.
Szakál, Barba, et זָקָן *Sakan*, idem.
Szamár, Aſinus, et חֲמוֹר *Hhamor*, idem.
Szappan, Smegma, et סָפַן *Saphan*, Texit, Obtexit.
Szék, Sedes, et כֵּס *Ces*, Solium, Thronus, id ſi retro legas, habebis Hung. *Szék*.
Szép, Pulcher, Venuſtus, et יָפֶה *Iaphe*, idem, uel זִיו *Seu*, Splendor, ו in פ mutato.
Szedery, Morus, et סֶדֶר *Seder*, Ordo.
Szél, Ventus, et זול *Sul*, Prodigere, Profundere.
Szin, Color, et זַן *San*, Alimentum.

Széna, Foenum, et זוֹנָה *Sona*, Caupona.
Sidò, Iudaeus, et יְהוּדִי *Iehudi*, idem.
Szikra, Scintilla, et זִיק *Sik*, idem.
Siralom, Fletus, et שִׁיר *Schir*, Canticum laetum, quod illius oppoſitum eſt.
Szüret, Vindemia, et בָּצַר *Bazar*, Vindemiauit, ב in ת mutato.
Tábla, Tabula, et טָבַל *Tabal*, Tinxit, Intinxit.
Támaſztok, Fulcio, item Innitor, et תָּמַךְ *Tamach*, Suſtinuit.
Tányér, Orbiculus, et טִנַּר *Tinar*, Chald. Saxum, Petra, Lapis, Silex.
Tél, Hyems, et הֵטִיל *Hetil*, Deiecit, quia Hyems omnia deiicit.
Tö, Acus, et טֹוֶה *Toue*, Nens.
Töl, *Tul*, *Tül*, *Tole*, A, De, Praepoſitio, et טוּל *Tul*, Deiicere.
Tiz, Decem, et תֵּשַׁע *Teſcha*, Nouem.
Törvény, Lex, Statutum, et תּוֹרָה *Tora*, id.
Tſak, Tantum, Duntaxat, et אַךְ *Ach*, idem.
Tüz, Ignis, et יִצַּת *Iüzzat*, accenſus eſt.
Tanáts, Conſilium, et נוֹעַץ *Noaz*, Communicauit, Contulit, conſilium.
Taualy, Anno praeterito, et טָבַל *Tabal*, Merſit, Immerſit.
Vakarni, Scalpere, et כָּאֲרִי *Caari*, Fodunt, cui ſi addas ו conuerſiuum erit וַכְּאָרִי

Vacca-

Vaccaari,ſeu Hungaricum *Vakarni*, uel נָקַר *Nakar*, Effodit, Perfodit.
Veſzett, Periit, et נֶשֶׁת *Neſchet*, idem.
Váſar, Nundinae, et בָּצַר *Bazar*, Vindemiauit, Racemauit.
Virradok, Illuceſco, et אֹרַרְתִּי *Orarti*, Luceo.
Ur, Dominus, et אוֹר *Or*, Lux, uel אוּר *Ur*, Ignis, quod de malo bene dixeris, qui eſt inſtar ignis conſumentis, probum contra rectius cum Lumine comparaueris.
Zab, Auena, et צָהַב *Zababb*, Irritauit.
Zár, Clauſtrum, Seraculum, et שַׁעַר *Schaar*, Porta, unde Verbum Hungaricum *Bé-Zárok*, Claudere portas, quod etiam cum Hebr. סָגַר *Sagar*, Clauſit, Occluſit, coincidit.
Zörögj, Murmura, Muſſita, Obſtrepe, et שְׁרֹק *Scherok*, Sibila, Ede ſibilum.
Zörögök, Pulſo, et שֹׁרֵק *Schorek*, idem.

§. XXXIII.

Complementi loco placet et ea adponere in gratiam curioſi Lectoris, et Harmoniae amatoris, quae apud OTROKOTSIVM *de Originibus Hungaricis* reperiuntur, *) quod eo gratius fore confido,

*) FRANCISCVS FORIS OTROKOTSI, *Paſtor Reformatus*, edidit Franequerae in 8uo anno 1693,

fido, quo rarior omnio hic liber eſt, maxime in patria noſtra.

Ex Nomine, u. g.

Iſten, DEVS, deriuat ab אֶשְׁתָּא Chaldaeorum, ſiue Hebraeorum אֵשׁ ignis, unde et nomen *Veſtae*, ſeu Deae ignis, perpetuo ardentis, lepide deducit, ut proinde *ISTEN* quaſi DEVM igneum et in igne habitantem indigitet, *p. 288*, uel a Chald. אֶסְתָן aquilo, *p. 290*.

Ember, Homo, ab אֶבַר firmauit, roborauit, *p. 292*, uel דְּבַר dixit, quia hominem oporteret eſſe uerborum tenacem, iuxta illud Germanicum, **Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann.**

Ur, Dominus, ab אוֹר lucere, *p. 293*.

Király, Rex, a Chald. כִּירִי Dominus, uel Graeco Κύριος, *p. 294*.

Inas, Puer, Ephebus, ab אֱנוֹשׁ Vir, ſeu Chald. אֱנָשׁ, *p. 294*.

Sa-

1693, *Origines Hungaricas* duabus Partibus conſtantes, ubi multa curioſa reperies. Illuc autem delatus, poſtquam in exilium cum aliis Paſtoribus actus, et ad triremes damnatus, inde cum aliis ab *Admirali Ruytero* liberatus eſſet, uaria ſcripta edidit, ſed in fine Viennae Romanam fidem amplexus ſub initium Seculi 18 obiit, uid. *Acta Erudit. Lipſ. 1693*, et **Unſchuldige Nachrichten** *1709, p. 797*.

Sáfár, Oeconomus, a סָפַר numerauit,qui res Domini ſui in numerato habere debet, *p. 295.*

Idö,tempus,ab עוֹד adhuc,uel עַד ſeculum.

Reggel, Mane, a רְגָלִים uices, tempora, *Exod. XXIII, 14, p. 295.*

Örök, Aeternus,ab עָרַק prolongauit, *p. 296.*

Paraſzt,Ruſticus,a פְּרָסִי uillicus,paganus.

Szüz, Virgo, a זִיו ſplendor, uel a Germ. Süß, quia dulcis eius amor apparet.

Halál,Mors, a חָלַל confodit, interfecit.

Büz,Foetor,a בּוּז contemnere.

Szög,Cuneus, a Chald. זוּג combinauit, *p. 297.*

Vad,Ferus, a בָּדַד ſolitarius fuit, uel potius לְבַד ſolus.

Erdö,Silua, ab עָרַד ferum,ſylueſtrem eſſe.

Kopia,Haſta, a Chald. קוֹפָא pertica.

Drabant,Satelles, a Chald. דַּרְבוֹנָאִין ſerui atriorum.

Szakál,Barba, a זָקָן.

Patak, Fluuius, a פָּתַח aperuit.

Gödör,Fouea, a גָּדֵר Maceries, quia foueae ſunt loco ſepimenti, *p. 298.*

Szin, Species, a Chald. זַן idem.

Madzag, Funiculus, ab Hebr. מְזַח idem.

Köröm,Vnguis, a קָרַם tegere, obducere.

Hóld,Luna, a Chald. חָלֵד occultare, uel Hebr. חֶלֶד Tempus, quia Luna tempus certum definit, *Gen. I.*

Czàkány, Claua, ab Hebr. חָקָה impreſſit.
Korom, Fuligo, ab Chald. קְרַם qui caminum obducit.
Kard, Gladius, ab Hebr. קָרַד raſit, uel קַרְדוֹם ſecuris.
Ház, Domus, ab עָז congregauit, *p. 299.*
Kenyèr, Panis, a כִּנּוֹר Cythara, quia panis laetificat.
Bor, Vinum, a בָּרָא elegit, uel בַּר frumentum, ſed ego melius, a גִּבֹּר fortis, quia uinum forte eſt.
Viz, Aqua, a בָּזַז diripuit, *p. 300.*
Viza, Antacaeus, a בִּזָּה Praeda.
Föld, a פָּלַג diuiſit, ego a Germ. Feld.
Réz, Aes, Cuprum, a רָזָה roborauit.
Méz, Mel, a מָזַז fluxit, uel Arab. *Mazza*, ſuxit, quia excipitur ex floribus.
Méreg, Venenum, a מָרַג propulit.
Kopſa, Vetula, a קוֹף ſimia, *p. 301.*
Leány, Puella, a לָאָה laborat, fatigatur.
Attya, Pater, ab אַתָּה Tu, uel Syr. אבא.
Annya, Mater, ab אָנַח moeret, *p. 302.*
Fi, Filius, a פֶּה uel בִּי quaeſo.
Gazda, Oeconomus, ab Arab. *Gizid*, Dux.
Eke, Aratrum, ab Hebr. עוּק premere, uel Chald. *Ake*, Auguſtus.
Ökör, Bos, ab אִכָּר Agricola.
Mezö, Aruum, a Chald. מְזִי Capillus.
Egér, Mus, ab אָגַר collegit, *p. 303.*

Sza-

Szamár, Aſinus, a סָמַר horruit, riguit.
Ló, Equus, a לאה laborauit.
Gaz, Sordes, a גָּז ſuccidit.
Páſit, Paſcua, herba, a Chald. פשות extenſum, rectum.
Sátor, Tentorium, a סָתַר latuit, abſcondit ſe, unde et Myſterium.
Sereg, Turma, a סֵרַג ordinare, diſponere.
Harag, Ira, ab חָרַג horruit.
Kö, Lapis, a קוא durior lapis, *p.304*.
Cſuda, Mirum, a חורא aenigma.
Kin, Cruciatus, a קון lamentari.
Jó, Bonus, a יָאָה decet, pulchrum eſt.
Kegyes, Amabilis, a Chald. קְדִישׁ ſanctus.
Kitſiny, Paruus, a Chald. קטון idem.
Nemes, Nobilis, a Chald. נימוס Lex, ſed melius Germ. Maas, quia haec eſt lex in menſurando.
Fejér, Albus, a פֵּאֵר ornauit, *p.305*.
Fekete, Niger, a פקט foeculentum eſſe.

Ex Verbis.

Járni, Ambulare, a גֵּר peregrinatus eſt, *p.305*.
Akad, Haeret, ab עָקַד ligat.
Zúg, Reſonat, a Rabb. זוג tintinnabulum.
Kérj, Pete, a קָרָא uocauit, *p.303*.
Forog, Rotatur, a פרת mutare.
Habarni, Miſcere, ab הבעיר tenebrae.

Takarj, Collige, uel *Tekerj*, Verte, a תָּחַר contrahit.
Rágalmazó, Obtrectator, a רַגַּל obtrectat, *p. 307.*
Pazárol, Diſſipat, a פזר idem.
Tanit, a תנא docet, unde et *Tanu*, Teſtis.
Szerezz, Procures, a זרז expediuit.
Szórni, Ventillare, a זרה idem.
Ered, Deſcendit, a ירד idem.
Terem, Creſcit, a טֶרֶם antequam, rem anteire.
Csörög, Tinnit, a חרג horruit.
Zörög, Strepit, ab Arab. זריגן ſtrepitus equorum.
Gázolni, Tranſuadare, a גָּז idem.
Ballagni, Tarde incedere, a הִבְלִיג recreat ego potius a Germ. Mehlich.

Ex Pronominibus.

Mi, Quid, a מָה uel מֶה idem, *p. 309.*
Az, *Ez*, Hic, Iſte, הַזֶּה idem.
Illyen, Talis, a Chald. אִילֵן illi, *p. 310.*

Ex Parte II Philologica.

Világ, Mundus, a בָּלַג recreauit.
Magyar, Hungarus, a גֵּר peregrinus.
Major, Alodium, ab Hebr. מָגוֹר habitaculum, uel Poenorum Lingua *Magur* Villa, *cap. 9, p. 371.*

De-

Deák, Studioſus, a Gr. Δάκος, Dacus, forſan quod primi Latinam Linguam loquuti fuerint, *c. 11, p. 3, ſeqq.*
Thót, Slauus, a *Theut* Aegypt. DEO, uel Chald. טְוָת ieiunus, egenus *p. 4.*
Wandolló, Vandalus, uel a בָּדַל diſperſit.
Kozári, Nomen Proprium, a כָּזַר crudelis fuit.
Attila, Rex Hunnorum, a Chald. אטל uel אתל lapidauit, uel a Gr. ἀθλήτης, pugil, et Arab. אָתַל iratus fuit, *c. 12, p. 38, ſq.*
Atzély, Chalybs, ab עָצַל ſelegit, ſepoſuit.
Ferentz, Franciſcus, a פֶּרֶץ ruptura.
Ruba, Veſtis, a רָאָה uidit, uel potius רָשַׁע malum eſſe, quaſi ob malitiam.
Rokony, Conſanguinitas, a כָּרַן inclinare ſe.
Kerék, Rota, a Rabb. רַחִק currus, *p. 45.*
Daika, Nutrix, ab Hebr. דוק curare, proſpicere.
Fürj, Coturnix, a פָּרָא currere, *p. 53.*
E'l, Acies, ab אֵל fortis.
Biro, Iudex, a בִּיר poſſidet.
Oriás, Gygas, ab אריא Leo, *p. 64.*
Alkotó, Conditor, a לָקַט collegit, coniunxit.
Lud, Anſer, a Lida, quae a Ioue in anſerem formata, quod cum eo coire nollet, *p. 70.*
Hartzoló, Pugnans, ab Hercule.
Szàm, Numerus, a סַמָּא ſumma rei.

Ár ok, Foſſa longa, ab אָרַךְ prolongauit.

Öreg, Senex, a Chald. אוֹרֶךְ longitudo, quaſi longus dierum, *p. 82.*

Szaua, Vox eius, ab Hebr. זְוָעָה commotio, quaſi ſubita commotio, *p. 97.*

Draua, Fluu. Drauus, uel a *Daru* Grus, uel a Chald. דְּרָא diſperſit, ad illationem aquarum.

Szirmium, Sirmium, a זָרַם fluxit, et זִרְמָא fluxus, quaſi terra interamnenſis inter Sauam et Drauam.

Eſtergom, Strigonium, ab *Iſter*, ſeu Fluuio Danubio, et Grano, qui ibi confluunt.

Iſter, ſeu *Danubius*, a Chaldaico אסתורא greſſus, ingreſſus, *Iobi XXIII*, quod lente gradiatur, unde et HERODOTO ἴςρον καλλιῤῥέεθρον, *Iſter*, pulchrifluus, dicitur.

Garan, Granus Fl. a גָּרַם comminuit, quia forti flumine omnia comminuit, uel, quia comminutos ex fodinis lapides et puluerem aureum ſecum uehit.

Karpit, Velum, unde Carpathus a כָּרַף extuberare, eminere, quia eminet, et Hungariam ſuperiorem, quaſi uelo, circumcingit.

Béts, Vienna, et *Betſes*, Pretioſus, ab Hebr. פּוּץ pretioſus.

Kaſza, Falx, a קָשָׁה durus, firmus, fuit.

Caſſa,

Caſſa, Coſſouia, a כָּסָה texit, uel כסא thronus, ſedes, *p. 118.*

Ketskemét, Vrbs Ketskemetinum, ab Hung. *Ketske*, Capra, et Chald. מְתָא ciuitas, quaſi Vrbs Caprarum.

Tó, Lacus, ab Hebr. תֹּהוּ uacuitas, *p. 143.*

Czimer, Inſigne, ab Hebr. צֶמֶר uellus, uel cimmeriis tenebris.

Kos, Aries, ab Hebr. כֶּבֶשׂ agnus, ouis.

Kólts, Clauis, a *Colchis*, *p. 166.*

E'rſek, Epiſcopus, ab Hebr. רשֵׁק unde Chald. ריסקא praefectura, *p. 170.*

Kert, Hortus, a קרא contignare, unde *Kerités* Circumuallatio, et *Keritet Város* Vrbs muro cincta, a Chald. קְרִיתָא ciuitas.

Török, Turca, a תָּרַךְ eiicere, expellere.

Tatár, Tartarus, a Rabb. תָּתַר uincire, ligare, quia Hunnis deuincti Attilae tempore.

Eſkütt, Iuratus, a Scytha, unde HERODOTVS uocat Scythas ſtatutorum ſuorum obſeruantiſſimos, *Lib. 4, p. 484.*

Turás, Foſſio a Taurus, uel טוּר mons.

Ör, Excubiae, ab עֵר uigil, *p. 210.*

A'rad, Exundat, ab Ararath Monte, uel hic ab illo, *p. 213.*

Nagy, Magnus, a נָגַהּ ſplenduit.

Aſzſzony, Mulier, uel *Am Aſzſzony*, Ecce Mulier! ab Amazone.

At-

Atzély, Chalybs, ab *Azzal*, i. e. Ferrum Indicum, uid. *Pancyrolli Memorab. p. 34.*

His ego adbuc alia addam perpauca, u. g.

Veſe, Ren, a Gallico *Veſſeje*, ueſica.

Ször, Pilus, ab Hebr. סְעִיר ita Idumea dicta ab *Eſauo*, piloſo.

Váſár, Nundinae, a Perſico בָּסַר quod Nundinas ſignificat, teſte OLEARIO in der Perſianiſchen Reiſebeſchr. *p. 311.*

Kert, Hortus, a כַּר et כַּר paſcuum, unde *Karmel* dictus a כַּרְמֶלָא paſcuum, pingue, fertile.

Akol, Ouile, ab Hebr. אֹהֶל Tabernaculum Paſtoris, uid. BOCHARTVS *in Hieroz.*

Gattya, Perizoma, ab אטא qui ob crurum uitium lente procedit, *l. c. p. 600.*

Barom, Pecus, a בהם pecus, et *Barmot* pecora, a בהמות *Behemoth*, *p. 49.*

Bezzeg, Videſis, Sane, a בֶּזֶק calculus, *p. 433.*

Szikra, Scintilla, a גושׁ קרא ſtupa ſerici, idem, *p. 487.*

Dob, Tympanum, a דב urſus, quia ut urſus murmurat, uel ab Hebr. תוף idem.

Ezeret, Mille, ab Hebr. עֲשֶׂרֶת decem, quaſi numerus ſummus, quia ultra decem numerare non licet, niſi iterum incipias.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Ex hactenus igitur dictis *Vocum* quoque conſtat Harmonia, licet non in omnibus, tamen in aliquibus accurate ſibi inuicem reſpondens. Quod uero in reliquis, uel literae mutatae, uel nouae introductae, uel prorſus abiectae fuerint, id mirum adeo eſſe non debet, cum id et in una eademque lingua fieri uideamus. *Attici*, u. g. aliter ſaepe ſcribunt ac pronunciant unas easdemque uoces, quam *Iones*, *Aeoles*, et *Dorici*. Et quem latet, quod Helleniſtae hodierni adeo abiudant a ueterum Graecorum lingua in multis, ut pene nouam Grammaticam Helleniſticam condere poſſes. Par ratio eſt *Linguae Hebraeae atque Chaldaeae, aliarumque*. Et quid opus exemplis peregrinis, ubi domeſtica adſunt. Sane et Germanus, ſi noſtrae tantum dialecto aſſuetus ſit, non aſſequetur linguam ſaltem Inferioris Saxoniae. Et quotusquisque Germanorum in patria noſtra eſt, qui *Saxones in Transſyluania* Germanice loquentes, accurate intelligere poſſet, quae tamen lingua eſſentialiter cum noſtra prorſus coincidit. Quanto igitur minus mirum eſt *Hungaricam* et *Hebraeam*, uelut eſſentia diuerſas, in nonnullis remotius inter ſe conuenire. Cum enim

enim pauciſſimi, et forſan nulli, Hungarorum antea calluiſſent linguam Sanctam, tanto citius ab eadem abludere poterant. Et tamen, quod mireris, diuina prouidente clementia, ita factum eſt, ut in multis, uel leui unius organi mutatione, aut literarum metatheſi, elucefcat mutua inter utriusque uoces intercedens concordia. Sed enim necdum omnis *Harmoniae* noſtrae confecta eſt opera, quum potiſſimum et nobiliſſimum adhuc ſuperſit momentum, *de Grammatices* atque *Syntaxeos Hungaricae* cum *Hebraea* nexu. Quem ſi etiam oſtendero, tum demum iure meritoque, utramque hic confeciſſe paginam, mihi uidebor. Quod cum perarduum adgredior negotium, rem ordine pertractare ſtudebo, atque adeo *de Nomine*, *Pronomine*, *Verbo*, *Particulis*, *Syntaxi*, *atque Idiotiſmis* utriusque linguae nonnihil ediſſeram. Et mihi, de *Nomine* quidem acturo, tria iterum diſtincte pertractanda ueniunt capita, quorum unum *de Articulo Praepoſitiuo*, alterum *de Declinatione*, ac tertium denique *de Comparatione* potiora exponet. Atque *Articulum Praepoſitiuum* quod concernit, eſt ille Hungaris ſemper unus et idem, citra reſpectum ad Genera, Nu-

Numeros, et Caſus. Semper enim *AZ* et *EZ* occurrit, quod uero ab Hebraeorum זֶה, uel הַזֶּה indubitate deſcendit, ut iam ſupra oſtendimus. Sed memorabile eſt, quod idem in Nominibus Propriis conſtanter exulat. Neque enim bene uel eleganter diceretur, *AZ Máttyás, az Iános, etc.* ſed *Máttyás, Iános,* niſi accedat uel aliud nomen Subſtantiuum, uel etiam Adiectiuum tantum, u. g. Az Dauid ſóltáros Könyuében oluaſſuk, h. e. *in Pſalmis Dauidis legimus*, item, Máttyás Királlyunk rendeléſſe, *Ordinatio Matthiae Regis noſtri*, et quoad poſterius, Ugy ir az ſzent Pál, *ita ſcribit ſanctus Paulus.* Az hitetlen Tamás, *Incredulus Thomas, etc.* ubi uero τὸ Az, non tam nomini Proprio adhaeret, quam alteri Subſtantiuo, uel Adiectiuo, haec enim quam primum tollas, tollis et Articulum Praepoſitiuum. Quanquam et hic ea diſtinxiſſe iuuabit, quae ſunt uere Propria, ab iis, quae iſta tantum aemulantur, prouti id faciunt omnia nomina officiorum, u. g. Iſten, *DEVS*, Idüözitö, *Saluator*, Tanitó, *Doctor*, Tanituány, *Diſcipulus*, etc. quae omnia articulum recipiunt. Iam ſi haec ad Hebraeos uſus applicentur, apparebit, nec ouum ouo, quam haec omnia Hebraeis, eſſe ma-

magis ſimile. Quibus etiam *α*) ה Demonſtratiuum, Hungarorum *Az* aequipollens, omnium eſt Generum, Declinationum, Numerorum et Caſuum. Dico enim et הָאָדָם et הָאִשָּׁה in Maſc. et Foem. הַשָּׁמַיִם in duali, et הַגּוֹיִם in Plurali, etc. *β*) Nomina uero propria ה illud itidem excludere ſolent, neque enim dico ordinarie הַיְהוָה, הַיִצְחָק, ſed יְהוָה et יִצְחָק Quodſi autem quis uellet opponere nobis Scripturam ipſam, plus ſimplici uice, τὸ הָאָדָם uſurpantem, *Gen. II, 7, 15, 18, 19, 20, 22, 25, etc.* ille meminerit, Nomen hoc non tam ut nomen unius Perſonae, ſeu Proprium, ſed ut toti huic ſpeciei conueniens, hic uſurpari, prouti idem in Pſalmis, Prouerbiis, et alibi paſſim factum fuiſſe legimus. Quod ſi uero alia adhuc occurrant exempla, ibi τὸ ה Demonſtratiuum uidetur ἐμφατικωτέρως illius Perſonae praeſentiam connotare, ab eo tamen, ad ordinarium concludi poſſe, nemo conceſſerit. Caſus autem ille, quem in lingua Hungarica obuenire antea dixi (quod et Articulum adſciſcant Propria propter adhaerentia Subſtantiua uel Adiectiua) hic plane non occurrit, quia τὸ ה demonſtratiuum illico Subſtantiuo ipſi, quod cum nomine proprio coniungi ſolet,

an-

annectitur. Neque enim dico, הידוה לוכות uti Hung. Az Iehouának Táblája, *Tabulae Iehouae*, ſed הלוכות יהוה, ita et הברית ה' *foedus Domini*, quo in capite iterum non Graecam, Latinam, Germanicam, Slauonicam, etc. contuleris cum Hebraea, ſed ſolam Hungaricam. Interim γ) quod ante dictum eſt de Nominibus Officiorum, et ſimilibus, hic quoque non parum congruit cum indole linguae Sanctae. Quis enim neſcit, Scripturam ſaepius τὸ הכהן, המלך, המשיח, etc. ubique ה Demonſtr. praemiſſo uſurpare?

§. XXXV.

Quod ad *Declinationem* attinet, huius itidem in Hungarico idiomate, una duntaxat uidetur eſſe ratio, ſaltem, quod α) Terminatio modo in *a*, modo in *e* deſinat. Ita enim et *Nap* Dies, Sol, *in Gen.* habet Napé, *in Dat.* Napnak, *in Accuſ.* Napot, *in Ablat.* Naptúl, et *Kép* Imago, *in Gen.* habet Képé, *in Dat.* Képnek, *in Acc.* Képet, *in Abl.* Képtül. β) Nomina uero propria hic itidem quodammodo Declinationem reſpuunt, et quidem potiſſimum, ſi in ſtatu conſtructo poſita ſunt, nam abſolute collocata facilius per Declinationem flecti poſſunt. Ita enim bene dico, Az Pétere ez, *Eſt Petri, etc.* Ra-

tione prioris uero ſunt, u.g. Az Szent Iános Ielenéſe, *Apocalypſis Sancti Iohannis.* Sz. Máthé Euangyélioma, *Euangelium S. Matthaei*, non autem adeo eleganter dicitur, Sz. Iánoſnak Ielenéſe, etc. quanquam non diffiteor, talia exempla etiam crebro occurrere in uſu communi, qui leges et regulas non ſemper obſeruat accurate. γ) Praeterea autem et illud hic obſeruaſſe iuuabit, quod *Propria*, tametſi in ſingulari quodammodo uideantur Declinationem admittere, in plurali tamen, quod et in aliis linguis fieri ſolet, ſint prorſus ἄκλιτα, adeo, ut non facile liceat dicere, Az én nemzetſégemben három Mihállyok s két Erſébettek uagynak, i.e. *In familia mea tres ſunt Michaelis, et duae Eliſabethae, nomine* gaudentes, ſed potius, Három Michály, s három Erſébet uagyon. Atque, haec ſi iterum cum Hebraica declinandi ratione comparentur, apparebit, et hic uix quidquam abludere, ſi modo id excipias, quod Hungari caſus ſuos in ultima uocis ſyllaba diſtinguere ſoleant, Hebraei contra in prima per uarias particulas, ל; את, על, ב, etc. Ita, u.g. cum Hebraeus dicit, מגיני על אלהים *Scutum meum eſt apud DEVM*, Hungarus diceret, Az én Paiſom az IſtenNEL uagyon,

gyon, et ſic in ceteris. Reliqua tamen, quae hactenus allata ſunt de Declinatione Hung. etiam in Declinatione Hebr. locum inueniunt. Nam α) Nomina in Gen. et Dat. accipiunt ל, in Accuſ. אֶת, in Abl. אם, uel על. β) Nomina uero propria easdem etiam hic, quas apud Hung. uidimus, experiuntur uiciſſitudines. Quodſi enim ſola ponantur et in caſu abſoluto, declinari poſſunt, ſin cum aliis Subſtantiuis, declinationem reſpuunt, unde, u. g. bene dicitur, ויאמר ה' אל קין: *Gen. IV, 7*, et iterum, ויאמר קין אל יהוה: *u. 14*, male contra: צלם ליהוה imago Iehouae, ſed צלם יהוה absque nota Genit. Caſus, et ſic in ceteris. γ) In Plurali autem adeo quidem aliena ſunt Propria haec a Declinatione, ut uix quispiam, uel unum facile produxerit exemplum, quo euincere poſſet contrarium. Sed, ne forte hic nonnihil audacius quidpiam, quam par eſt, aſſeruiſſe uidear, prodeat in medium antiquiſſimus Hebraeorum Grammaticus, *Rabbi* DAVID KIMCHI, qui in *Michlol Iophi, pag. 15*, ea, quae hactenus multis expoſui, in compendium miſit his uerbis, לא תבוא הא הידיעה על שם האדם לא תאמר האברהם וכן לא יבאו עמן הכנוי לא תאמר אברהמי יצחקי וכן לא יאמרו

בלשון רבים אברהמים יצחקים i. e. *Non additur* ה *Notificatiuum nomini proprio, non enim dicimus Haabraham. Non etiam adduntur ſuffixa, nec enim dicimus, Abrahami, Iizbhaki. Nec etiam dicimus in Plurali numero Abrahamim Iizbhakim.* Adeo ſcilicet Hebraea Hungaricis, et haec illis, omnimode ſunt σύμφωνα.

§. XXXVI.

Vltimum denique ſupereſt *de Nomine* momentum, et illud quidem *Comparationem* attingens. Sed enim, quod non diffiteor, ſola comparatio hic, quoad Harmoniam Hungaro-Hebraeam, uidetur negotium efficere prorſus incomparabile. Et, quod mireris, cumprimis *Comparatiuum*, quem tamen, uel ex ſolo nomine ſperare poteras, e re noſtra futurum, hic experimur nobis contrarium. Cum enim iſte formetur apud Hungaros nuda appoſitione duorum BB ad poſitiuum, aut, ſi ita mauis, ſyllabarum ABB, uel EBB, ſi nempe poſitiui in conſonantem exeant, apud Hebraeos uero fieri ſoleat per מן et מ tantum, Subſtantiuis praepoſitum, diſſenſus eſt omnino in propatulo. Nam, cum dicit Hungarus, *Jó*, Bonus, in Comparatione *JoBB*, *Tudós*, Doctus, in Compara-

paratione *TudoſſABB*, *E'kes*, Formoſus, *E'keſſEBB*, Hebraeus dicit, טוֹב מֵאֲבָרִים Bonus prae aliis, i. e. melior, quam alii. At deſinemus mirari utriusque linguae differentiam, ſi meminerimus, in Declinatione pariter idem obueniſſe. Cum enim Hebraei particulas *Gen. Dat. Acc.* et *Abl.* caſus nominibus praeponerent, Hungari contra inter declinandum, caſus ab ultimis ſyllabis diſcernerent, id ipſum et hic locum inuenit. Interim uero paruum, ad infringendam Harmoniam, hoc ipſum praebet momentum, quod et aliis linguis, certe occidentalibus omnibus, euenire ſolet. Ne tamen linguae Hungaricae atque Hebraeae diſſenſus latius extenderetur, prohibuit ipſa, harum rerum ueluti conſcia, lingua Hungarica, quae, ne per totam *Comparationem* uideretur ab Hebraea diſceſſiſſe, in *Superlatiuo*, ad illius morem, nomini adiectiuo nihil annectit, ſed modo, ut illa poſitiuo particulas, ita haec Comparatiuis uoculam *Leg* praeponit, u. g. Leg-fösuénnyebb, *auariſſimus*, Leg Ritkább, *rariſſimus*, Leg Eröſſebb, *fortiſſimus*, Leg-A'rtatlanabb, *innocentiſſimus*. Hebraea quidem in Superlatiuo formando particulam מְאֹד non praeponit, quod Hungarica facit, ſed poſtponit, ut, טוֹב מְאֹד

 bonus

bonus ualde, i. e. *optimus*, non מְאֹד טוֹב, item קָדוֹשׁ מְאֹד *ſanctus ualde*, non uero contra. Sed quis non uidet, luſum potius, quam diſſenſum, linguarum haec dici poſſe, cum, quod Hebraea in Comparatiuo negligit, in Superlatiuo obſeruet, Hungarica uero, quod in Superlatiuo praeſtat, in Comparatiuo omittat. Ceteroquin neque hic, quoad omnia, Hebraica Superlatiuum formandi ratio, prorſus recedit ab Hungarica, ſiquidem illa, particula ב praemiſſa, uel etiam ה Emphatico, Superlatiuum format, u. g. קָטֹן בַּגּוֹיִם *paruus in gentibus*, i.e. *minimus*, הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *pulchra inter mulieres*, i. e. *pulcherrima*, *Cant. I, 8*. Ceterum ſi quaereretur, unde Comparatiuus Hungarorum ortus ſit, uidetur non male aſſeri poſſe, ab Hebr. ב eum deſcendiſſe, quod ueteres Hungari duplicarunt, et ultimae adiectiuorum ſyllabae adiunxerunt. Sed ſatis de Nomine.

§. XXXVII.

Nunc ad *Pronomen* deſcendamus. Vbi, quanquam Hebraea atque Hungarica, in nonnullis terga ueluti ſibimet inuicem opponere, uideantur, tamen, ſi utrumque aequa lance ponderaueris, deprehendes, ea, quae Harmoniam inter eas adſtruunt, reliquis pon-

pondere et numero antecellere. Nam diſſenſus in eo ſaltem uerſatur, quod *Pronomina perſonalia* in plurali non conueniant, quia, u. g. *Mi* Nos, potius reſpondet Slau. My Nos, quam Hebr. אֲנַחְנוּ, *Tik* Vos, et *Ök*, *Azok*, Illi, Illae, tantum oblique reſpondent Hebraeorum אַתֶּם, אַתֵּן, הֵם, הֵן, Poſſeſſiua uero, ſeu affixa eatenus tantum inter ſe diſcrepant, quod Hungarus non contentus ſit ſolo ſuffixo, ſed et Nominibus ſubſtantiuis, praemittat pronomina Perſonalia, eiusdem cum ſuffixis Perſonae, u. g. quando Hebraeus dicit, אָבִי *pater meus*, Hungarus non Az Attyám, (quanquam non adeo male dictum uideretur et hoc in uita communi,) ſed Az én Attyám, *pater meus*, Az te pénzed, *pecunia tua*, Az ö Iobbágya, *ſubditus eius*, dicet. In quibus omnino lingua Hungarica peculiare quid habet prae ceteris, ita ut hic, et occidentales, et orientales, ſimul aemulari uideatur. Nam, quum illae Pronomina poſſeſſiua ſubſtantiuis praemittere ſoleant, ut Germ. Mein Sohn, Lat. *Meus Amicus*, Slau. Müg Prjtel, etc. hae contra (excepta ſolum Coptica,) Affixa poſtponant, ut Hebr. אלהי *DEVS meus*, Syr. ܡܠܟܢ *Rex noſter*, Arab.

Arab. نسوانهم *Mulieres eorum*, Aethiop. ሊረቲሆሙ *Lex eorum*, etc. Hungarica coniungit utrumque, u. g. Az én Iſtenem, *DEVS meus*, A Mi Királlyunk, *Rex noſter*, Az ö Aſzſzonyok, *Mulieres eorum*, Az ö Töruények, *Lex illorum*. Quodſi autem reliqua excuſſeris, omnia in unum conſpirare facile deprehendes. Namque Pronomina perſonalia prorſus ſunt ὁμώνυμα, cum, u. g. Hung. *E'n*, Ego, reſpondeat Hebr. אֲנִי, et *Te*, Tu, Hebr. אַתָּה Maſc. et אַתְּ Foem. ac tandem *Ö*, Ille, Illa, Hebr. הוּא Maſcul. et הִיא Foem. Poſſeſſiua uero, ſeu Affixa, etiam inter ſe amice in multis conueniunt, atque cum primis in formandis pluralibus ex ſingulari, conſentiunt. Nam, ut Hebr. Affixa, dum Pluralia formant, id praeſtant per adiectionem כ uel י uel כֶּם, כֶּן, uel אם, אן, ita Hungari quoque per appoſitionem *n*, uel *k*, uel *j*, quale quid certe in nulla occidentalium, ac ne in Coptica quidem, deprehendes. Hoc autem in Hungaricis et Hebraicis conſtanter fieri, ad oculum ſequens ſchema edocebit.

SCHE-

SCHEMA
Affixorum Hung. aeque, ac Hebraeorum.

I NOMINIS SINGVLARIS

	Perſ.		
Affixa Singul. Num. de Perſ. una.	I	*Hung*	*ám, em, om*, ut *Gazdám* Hoſpes meus, *Kéſſem* Culter meus, *Galambom* Columba mea, etc.
		Hebr.	ut בְּנִי *Filius meus*, מָגִנִּי *Scutum meum*, etc.
	II	*Hung*	*ád, ed, od*, ut *Gazdád, Kéſſed, Galambod.*
		Hebr.	ךָ in Maſc. ut בִּנְךָ *Filius tuus.* ךְ in Foem. ut בְּנֵךְ *Filius tuus, o mulier!*
	III	*Hung*	*a, ja, e, je*, ut *Luda* Anſer eius, *Gazdája, Kéſſe, Feiſzéje* Securis eius.
		Hebr.	וֹ in Maſc. et הָ in Foem.
Affixa Singul. Num. de Perſ. Plurib.	I	*Hung*	*ánk, ünk*, ut *Gazdánk, Kéſſünk*, etc.
		Hebr.	נוּ ut בְּנֵנוּ *Filius noſter*, etc.
	II	*Hung*	*átok, etek, otok*, ut *Gazdátok, Kéſſetek, Galambotok.*
		Hebr.	כֶם in Maſc. ut בִּנְכֶם et in Foem. כֶן, ut בִּנְכֶן *Filii ueſtri, o mulieres!*
	III	*Hung*	*ok, ek, jok, jek*, ut *Galambok, Kéſſek, Gazdájok, Feiſzéjek*, etc.
		Hebr.	ם in Maſc. ut בְּנָם et ן in Foem. ut בְּנָן *Filius earum.*

II NOMINIS PLVRALIS.

	Perſ.		
Affixa Plur. Num. de Perſ. una.	I	*Hung*	*áim, eim*, ut *Gazdáim* Hoſpites mei, *Kéſſeim* Cultri mei.
		Hebr.	ַי ut בָּנַי *Filii mei*, in M. et Foem.
	II	*Hung*	*áid, eid*, ut *Gazdáid*, *Kéſſeid*.
		Hebr.	ֶיךָ in Maſc. ut בָּנֶיךָ et ַיִךְ in Foem. ut בָּנַיִךְ etc.
	III	*Hung*	*ái, ei*, ut *Gazdái* Hoſpites eius, *Kéſſei*.
		Hebr.	ָיו in Maſc. ut בָּנָיו *Filii eius*, et ֶיהָ in Foem. ut בָּנֶיהָ *Filii eius*, ſcil. *mulieris*.

	Perſ.		
Affixa Plur. Num. de Perſ. plur.	I	*Hung*	*áink, eink*, ut *Gazdáink*, *Kéſſeink*.
		Hebr.	ֵינוּ ut בָּנֵינוּ *Filii noſtri*, in Maſc. et Foem.
	II	*Hung*	*áitok, eitek*, ut *Gazdáitok*, *Kéſſeitek*.
		Hebr.	ֵיכֶם in Maſcul. ut בְּנֵיכֶם et in Foem. ֵיכֶן ut בְּנֵיכֶן *Filii ueſtri, o mulieres!*
	III	*Hung*	*áik, eik*, ut *Gazdáik*. *Kéſſeik*, etc.
		Hebr.	ֵיהֶם in Maſcul. ut בְּנֵיהֶם et ֵיהֶן in Foem. ut בְּנֵיהֶן *Filii earum*, etc.

§. XXXIIX.

Iam etiam de *Verbo* nonnulla afferenda erunt, quae nimirum ad inſtitutum noſtrum facere uidebuntur. Vbi tamen

men, ſi, quoad coniugandi Modos, quales ſunt, *Kal, Niphal, Piel, Püal, Hiphil, Hophal*, et *Hitphael*, parallelisſmum quaeſiueris, in his quidem, ubi nullus eſt, parallelisſmum demonſtrare in me non ſuſcipio, cum in uerbo etiam, quod diſſimulare non poſſum, Hungari imitentur coniugationes Europaeorum, adeoque non tantum Modos numerent quatuor, quod et Hebraei faciunt quodammodo, uerum et Tempora forment quinque, et coniugare incipiant non a tertia Perſona Singularis Praeteriti, ſed a prima Perſona Praeſentis. At enim uero cum haec τρόπον παιδίας tantum concernant, ex hoc diſſenſu, reliquo linguarum iſtarum conſenſui nihil deceſſurum ſpero, qui in hoc potiſſimum conſiſtit, quod tertia Perſona Singularis in Praeſenti, in multis ſaltem uerbis, ex tribus duntaxat conſtet conſonis, ut et apud Hebraeos. *α*) Praeterea uero etiam Hungarica non IV Con-

α) u. g. *Szeret* Amat, *Tanúl* Diſcit, *Talál* Inuenit, *Beſzél* Loquitur, *Keres* Quaerit, *Ballag* Pedetentim incedit, *Akad* Haeret, *Iſzik* Bibit, *Lakik* Habitat, item Conuiuatur, *Szalad* Fugit, *Virrad* Dies illuceſcit, *Eſik* Cadit, item Ningit, Pluit, *Gondol* Cogitat, *Szárad* Areſcit, *Tanit* Docet, Scit, *Szagol* Olfacit, etc.

Coniugationibus,ceu Latina, nec triplici numero, quemadmodum Graeca, nec duplici augmento, ut Germanica uel Bohemica, gaudet,ſed hic conſtanter,uti ad formam פָּקַד uerba regularia omnia apud Hebraeos expenduntur, ita ad formam *Tudok* omnia fere uerba Hungarica reduci poſſunt. In eo ſaltem reſidet differentia, quod uerba apud Hebraeos, uel in Maſcul. uel Foem. in ſecunda et tertia Perſona omnium Modorum efferri poſſint, quorum ordinaria nota eſt ה et תה item י in Singulari,et ו, תם, תן atque נה in Plurali, Hungari uero,una et eadem ratione,uerba in Maſcul. et Foem. pronunciant, nec ullibi inter haec diſcrimen admittunt, u. g. *Az ur parantſol*, et, *Az Aſzſzony parantſol*,cum Hebraeus illico terminationem finalem uerborum mutet, ſi mutentur genera. Aliquando uero mutatio fit ab initio,u.g. ויאמר האדם *Gen. III, 12*, at in Foem. ותומר האשה *Gen. III, 2.* Ipſa ceteroquin Perſonarum formatio non parum conuenit ad inuicem. Nam ſi Singularem conſideres, habet ille in prima Perſona, uel *ek*, uel *ok*, u.g. *Igazitok* Rectifico, et *E'keſitek* Exorno, in Hebraeo תי, u.g. פקדתי Viſitaui. In ſecunda apud Hungaros *ſz*, uel *ed*, *od*, u.g. *E'rzeſz* Sentis, et *E'rzed*. *Látſz* Vides, et

et *Látod.* Apud Hebraeos uero in Maſc. ת, ut פרסת Diuiſiſti, in Foem. פרסתה. In tertia denique Hungarorum occurrit *T*, uel *Ti*, uel *Tya*, u. g. *Szeret* Amat, *Szereti*, et *Lát* Videt, *Láttya.* Hebraeorum uero eſt ipſa radix ſimplex. In Plurali autem res clarior eſt. Nam quod primae Perſonae in Hung. eſt *ünk*, hoc in Hebr. eſt נו (quod ſi retro legas, habebis ipſammet Hung. Terminationem, k nempe adiecto) u. g. *Látogattunk*, et פקדנו Viſitauimus. Et quod ſecundae Perſonae Hung. eſt *Tok*, *Tek*, id Hebr. eſt תם et תן u.g. *Látogattok* Viſitatis, et פקדתם in Maſcul. פקדתן in Foem. Denique quod tertiae Perſonae Hung. eſt *Nak*, *Nek*, id Hebr. eſt ו et נה u.g. *Látogatnak* Viſitant, et פקדו in Praet. Viſitarunt, יפקדו in Maſc. et תפקדנה. Ex quibus, et aliis in hanc rem allatis, liquere puto, ne hic quidem Hungaricam, inimicam ſibi prorſus experiri Hebraeam. Tametſi enim huius, omnium linguarum, quae ad ortum ſunt, leuiſſima uideri poterat in hoc capite conuenientia, tamen, ſi cum occidentalium indole iſta comparaueris, experieris, paucas ad tantam cum Hebraeis Verborum affinitatem accedere, ad maiorem uero prorſus nullam, ut adeo inſigni noſtra, cum lingua

gua Sanĉta ſibi intercedente, ſe tueri poſſit Parallelismo.

§. XXXIX.

Sed clarius illud eluceſcet, ſi utriusque linguae expendamus *Particulas*, quae adeo mirifice inuicem conueniunt, ut nihil conuenire melius poſſit. Ne autem nimium quid dixiſſe uidear, uel proprio duntaxat labore uiolenter nonnulla hic conuaſaſſe, iuuabit *Summe Reu. Dn.* D. V. E. LOESCHERVM de iisdem loquentem adducere, atque omnia, ab eodem erudite obſeruata, ad uerbum ad Hungaricae linguae ſtilum accommodare, ita ut in una parte ſententia Summi Viri, ex ſaepe laudato *Opere de Cauſ. L. H.* proponatur, in altera Parallelismus Hungaricus abs me oſtendatur.

Ita uero ille *lib. II, c. IX, ʃʃ. 3, p. 417, ſeq. de Hebr. Linguae Particulis* pronunciat,

Particulae, quae motum intellectus exprimunt, ſunt ſequentes, את *de qua ſupra dixi,* זה *et* זו, *quae indi-*

Et ita ego *de Hungaricae Linguae Particulis* pronuncio,

Particulae Hungaricae, quae motum intellectus exprimunt, ſunt ſequentes, *T* reſpondens Hebr. את nota Accuſatiui, ut ſupra euictum eſt. *Az*, *Ez*, reſpondent Hebr. זה et זו et-

dicant actum demonſtrandi, et rem quandam peculiariter conſiderandi. מי *et* מה *actum quaerendi ſimplicem,* אשר *actum referendi unum ad aliud,* לא *actum negandi,* או *actum ſeparandi unum ab alio,* אן *actum dubitandi, ambigendi,* אז *actum praeciſe determinandi, et quaſi punctim deſignandi,* איך *actum quaerendi de modo,* אי *et* איה *actum quaerendi de loco,* כה *actum determinantis ſeipſum ad aliquid non ex nudo arbitrio, ſed ex regula, prout iuſtum, aequum decens, aptum erat,* שם *et* פה *actum*

et indicant actum demonſtrandi, rem quandam peculiariter conſiderandi, (cum primis ſi duplicentur, et praeponatur *Ez*, ſequatur *Az*, u. g. *Ez Az Ember*, quod aequipollet τῶ Gr. οὗτος ὁ ἄνθρωπος,) *Mit* reſpondens Hebr. מי et מה actum quaerendi ſimplicem. *Hogy* actum referendi unum ad aliud. *Ne*, reſpondens Hebr. לא actum negandi, *Auagy* reſpondens Hebr. או actum ſeparandi unum ab alio. *Talán* reſpondens Hebr. אן actum dubitandi, ambigendi. *Azt* reſpondens Hebr. אז actum praeciſe determinandi, et quaſi punctim deſignandi. *Miként* reſpondens Hebr. איך actum quaerendi de modo. *He?* et *Houá?* reſpondens Hebr. אי et איה actum quaerendi de loco. *Igy-s-Ugy*, reſpondens

actum determinandi locum certum, אל *actum referendi unum ad aliud, tanquam eo de iure pertinens, etc.*

dens Hebr. כה actum determinantis ſeipſum ad aliquid, non ex nudo arbitrio, ſed ex regula, prout iuſtum, aequum, decens, aptum erat. *Hol,* et *Ott,* actum determinandi locum certum. *Al, El,* reſpondens Hebr. אל actum referendi unum ad aliud, tanquam eo de iure pertinens, u. g. *Azzal a kéſſel egyél,* i. e. *illo ipſo cultro comedas*, quo pacto refero cultrum ad comedendum, tanquam eo de iure pertinentem, etc.

Hactenus Celeb. Viri uerba, *de Particulis Hebraeorum* agentia, cum conſtanti parallelismo adducere placuit. Potuiſſem et inſequentia copioſiſſime adhuc *l. c.* allata afferre, atque idem non minori facilitate iuxta, atque felicitate, conferre, ſed enim, cum haec aequo rerum contemplatori poſſint ſufficere, ut fidem meam antefactam me liberaſſe, fateatur ipſe, plura eam in rem non affero, cum integrum Lexicon Particularum hic adornare, neque ſit animus, neque inſtituti mei ratio ſecum ferat, in poſterum

rum tamen commodior forte et amplior de his agendi dabitur occaſio.

§. XL.

Ex hactenus igitur euictis, facile aliquem ominari poſſe, credo, quod, qua conſtructionem quoque, ſeu inter *Syntaxin Hebraeam* et *Hungaricam* detur conuenientia quaedam. Quae enim in *Literis, Nominibus, Pronominibus, Particulis, et Verbis*, conſpirant amice, illa ſane non poterunt non et in ipſa horum omnium compoſitione amicas inter ſeſe iungere manus, cum et hic inuictus ille Mathematicorum canon ualeat, *Si rationum earundem Termini antecedentes et conſequentes in ſummam colligantur, Aggregata quoque eandem ſeruabunt rationem.* Vti autem Compoſita Simplicioribus ſunt difficiliora, ita, etiam hic multa δυσνόητα obuenire, nemo ibit inficias, qui modo perpenderit, et inter Hebraeos pleniorem ſaltem, et inter Hungaros accuratam atque adaequatam, Syntaxin, inter deſiderata hodienum referri. Quam ob rem nemo abs me plenam eius rei pertractationem pollicebitur ſibi, qui penſitauerit, unius, et quidem in alia etiam diſtracti, hominis humeros, ad haec onera perferenda,

 omni-

omnino impares eſſe. Ne tamen ardua haec prorſus ſubterfugiſſe uidear, dabo operam, ut, quae ipſe priuato ſtudio eam in rem collegi, publice iam proponam. Inter illa uero principem quaſi locum ſibi uindicat Caput illud *de Conſtructione Nominum*, ubi, tametſi multum ab Hebraea abludat Hungarica, multum tamen etiam cum eadem conuenit. Prius uel ex ea ratione conſtare poſſe puto, quia non modo Hungaris, Adiectiua Subſtantiuis praeponere, uerum etiam, ubi duo Subſtantiua concurrunt, quorum alterum in ſtatu conſtructo poſitum ſit, ſemper hoc illi quidem anteponere, in more eſt. Ideo enim dicimus, non, *Ember Gazdag*, *Bor Jó*, ſed *Gazdag Ember*, Diues homo, *Jó Bor*, Bonum uinum, cet. Ita, quoad alterum, non diceretur recte ſecundum genium linguae Hung. u. g. *Törvénye Iſtennek* (poſtpoſito nimirum Subſtantiuo, in ſtatu conſtructo collocato, alteri,) uel *Jobbágya Tſáſzárnak*, ſed *Iſtennek Törvénye*, Lex DEI, *Tſáſzárnak Jobbágya*, Subditus Caeſaris, etc. Quae autem omnia ſi cum Hebr. conciliare ſtuderes, laterem omnino lauares ac Aethiopem, cum iſti contra conueniat, neque Adiectiua Subſtantiuis, ſed haec illis, neque Subſtan-

ſtantiua in ſtatu regiminis poſita, ſimplicibus praeponere, ſed potius conſtantiſſime poſtponere, γ) quando, u. g. ratione prioris dicere non licet, הגדול נהר *Magnus fluuius*, הגבור איש *fortis Vir*, ſed potius הנהר הגדול etc. nec ratione poſterioris, יהוה ספר, אלהים בני, ſed ספר יהוה *Liber Domini*, בני אלהים *Filii Dei, etc.* Qui adeo non leuis uidebatur eſſe diſſenſus, et inſtituto noſtro Harmonico non parum derogare, ſed enim, quod militibus euenire ſolet, qui ideo armis animisque aliquantiſper diſſentiunt, ut tandem ſuauiſſime uniantur, atque uniti perpetim inter ſe inuicem conſentiant, idem prorſus hic mihi contigiſſe uidetur, cum et in hac diſſenſione inſignem linguarum iſtarum conſenſum deprehendere liceat. Per hæc enim te-

γ) Non ſum quidem neſcius, et in Scriptura S. aliquando praeponi Subſtantiuum ſimplex Subſtantiuo, in ſtatu regiminis poſito, u. g. *Exod.* *XXVIII*, 17, *Num. XXI*, 14, 1 *Reg. VII*, 42, *Deut. XVI*, 21, *Ruth. II*, 17, 1 *Reg. XXII*, 27. etc. ſed enim, uti erudite obſeruat πολυμαθέςατος MATTHIAS WASMVTHVS in *Hebr. Reſt. App.* 2, *Sect.* 2, *§.* 1, *p.* 284, fit hoc, *Vbi uel ſubintelligitur iteratio prioris nominis, uel appoſitio*, quod ipſe l. c. eleganter oſtendit.

ſtatur linguae ſanctae indoles, quam illa naturalem aemuletur ordinem, dum Subſtantiua Adiectiuis conſtanter anteponat, ut quae his etiam natura ſua ſunt priora, non ſecus ac Metaphyſicis prior cenſetur Eſſentia, quam ſunt accidentia, aut prouti Logicis Subiecta priora ſunt praedicatis. Hungarica uero naturalem hic migrat conſuetudinem, Adiectiua Subſtantiuis, adeoque Accidentia Eſſentiis ueluti, praeponendo. Contra uero, ſi conſideremus iterum Nominum Propriorum atque Cognominum in his linguis rationem, tunc Hungaricam hic naturaliter, Hebraeam uero minus, procedere deprehendemus. Hungarica enim hic prorſus ſingulare, et omnibus orientalibus aeque, ac occidentalibus, inconſuetum quid, habet et inauditum, quando in denominandis Perſonis ſemper praeponere ſolet Nomen Proprium, Gentile, ſeu Patronymicum, Nominibus iis, quae nobis Chriſtianis in lauacro ſacro imponuntur. Vnde Hungarus non facile dixerit. *Mihály Szaruas*, *János Farkas*, *etc.* ſed inuerſo plane ordine, *Farkas János*, *Szaruas Mihály*, forſan, quod Nomina Patronymica nobis ſint ueluti eſſentialia et naturalia, reliqua uero tantum ſuperaddita et aduentitia.

Prouti

Prouti igitur natura prius eſt id, quod nobis per parentum generationem conuenit, illo, quod in regeneratione tantum accepimus, ita quoque illam denominandi uiam atque rationem, quam Hungari uſurpant, naturalem, Hebraeorum uero et reliquorum populorum fere contranaturalem, hic eſſe pateſcit. Vt adeo tandem utraeque in his capitibus conueniant, quod poſſint naturalem ordinem migrare iuxta, atque ſeruare, quod utraque utrumque dum facit, (quanquam in diuerſo argumento) hoc ipſo etiam Hungarica atque Hebraea, uel ibi, ubi diſſentire uideri poterant, ſuauiter conſentiunt. Quanquam ceteroquin, ne quid et hic diſſimulem, huius Idiotiſmi Hungarici non obſcura etiam in lingua Hebraea reperiantur indicia, ut, cum u. g. nomen יהוה, quod DEO eſſentiale eſt, nunquam aliis nominibus, quae DEVM ab attributis ſuis et operationibus denominant, poſtponitur, ſed ſemper δ) praeponitur. Quorſum et illud for-

δ) יהוה אלוהנו יהוה אחד: *Deut.VI*, 4. יהוה אל עולם: *Gen. XXXI*, 33. conf. *Ier. XXIII*, 6, et *XXXIII*, 16, *Exod. XXXIV*, 6, ut taceam uel ſexcentena alia, in quibus, יהוה אלוהים occurrit.

Imo

forſan referendum eſt, quod neque in Talmude, neque in ullo libro Rabbinico, uſpiam legatur, u. g. רבינו משה (prouti quidem alias nomen in Circumciſione impoſitum, praeponi ſolet nomini Patronymico, u. g. *Dauid Ganz*, *Moſes Maimonides*, *Don Iſaac Abarbanel*, *etc.*) ſed ſemper משה רבינו *Moſes* Magiſter noſter, adeoque praepoſito לשם קעלם, ſeu Nomine Proprio, cuius uero rei ratio non alia dari poteſt, quam, quia nomen hoc Moſi fuit ueluti naturale, ſaltem ex ſententia Rabbinorum, qui illud inter VI illa, quae hominibus ante natiuitatem impoſita ſunt, etiam referunt. ε)

§. XLI.

Imo dicere auſim, uix reperiri unum exemplum in tota Scriptura in contrarium, ubi nomen officii, aut attributi, nomini eſſentiae diuinae praeponeretur, tametſi, nomen יה τῷ יהוה *Eſ. XII*, 2, praepoſitum eſſe, bene norim, at, cum et illud eſſentiale ſit, ac nil fere aliud, quam יהוה contractum, adhuc firma mea ſtat aſſertio.

ε) Nam in ילקוט ad *Lib. Regum p. 31, col. 3*, ſequentia leguntur, ששה נקראו בשמותם עד שלא נולדו אלו הן ישמעאל ויצחק ומשה ושלמה ויאשיהו ומלך המשיח: i. e. *Sex uocati ſunt nominibus ſuis, antequam nati ſunt, Iſmaël, Iſaac, Moſes, Sa-*

§. XLI.

Si tamen quidquam, in hac conformitate Syntaxeos, eleganter inſeruit inſtituto huic noſtro, Verbum certe et *Verborum Conſtructionem* fere dixerim. Quodſi enim eam, quae Hungaris familiaris eſt, et Hebraeae linguae conſtruendi methodum, inuicem comparaueris, adeo accuratum Caſuum omnium obſeruabis parallelismum, ut, primos Hungaricae Syntaxeos conditores, crederes, Hebraeam ad unguem calluiſſe linguam, cum etiam, ubi haec deficiat, illius quoque rara prorſus deprehendas ueſtigia, e contrario, quae haec ſua facit, illa quoque conſtanter imitari non dubitet. Quod uel ex inductione omnium pene Caſuum conſtare poterit. Nam quod ad *Genitiuum*, uix reperies ullum

 apud

Salomo, Ioſias, et Rex Meſſias, ubi quidem fateor, Hieronymum, Moſis nomen praedictum eſſe, negare, ſed hoc uerum eſt tantum absque uelamine. Colligunt enim, l c. Iudaei idipſum ex *Gen. VI, 3*, ubi dictio בשגם per Gematriam cum literis משה coincidit. Cum uero l. c. anni uitae hominum non futuri dicantur, niſi CXX, et Moſes tot annos, nec plures, exegerit, uti ex Deut. ult. liquet, ex eo Moſi nomen, ſaltem in uelamine, ante natiuitatem impoſitum eſſe cenſent.

apud Hungaros uerbum, quod iſtum faceret ſuum, idque tantopere, ut ne quidem Nomina Subſtantiua, ſi alterum in ſtatu regiminis occurrat, illum facile (quod tamen occidentales omnes faciunt, u. g. Latini *Voluntas Domini*, Germ. die Schätze dieſer Welt, Slaui Moc Satanáſſe, *Poteſtas Satanae*, etc.) admiſerint. Neque enim integrum eſt mihi dicere, *Iſtenné Báránnya*, Agnus DEI, *Lélekė Reményſége*, Animae ſpes, ſed potius, *Iſtennek Báránnya*, *Léleknek reményſége*, non obſtante, quod *E'* ſit nota Genitiui Caſus, et *nak*, *nek*, Datiui. Quod autem de Numero Singulari probatum eſt, id de Plurali quoque, cuius hic eadem eſt ratio, intelligendum eſt. Iam uero neque Hebraeis cognita eſt ullius uerbi cum Genitiuo Caſu conſtructio, ut qui rariſſimus praeterea eſt, et uix non ſemper, prout apud Hungaros fieri uidimus, per *Datiuum*, et notam *Datiui*, quae eſt ל, exprimitur. Hinc etiam factum eſſe uidemus, ut ipſi Grammaticae Hebraeae Magiſtri, frequentiſſime obſeruarint, Nomen cum praefixo ל non ſemper in uerſione per Datiuum, ſed et per Genitiuum exprimendum eſſe, e. g. דבר ליהוה *Verbum Domini*, non *Domino*, et in frequenti illa Pſalmorum ἐπιγρα-

γραφῆ, : למנצח מזמור לדוד τὸ ל non certe per *Datiuum* eſt efferendum, ſed *Genitiuum*, neque enim Dauidi in honorem canebantur, ſed a Dauide in gloriam DEI, adeoque erant Pſalmi לדוד Dauidis. De qua re ſi quis ulterius dubitare uellet, eum uel ſolus Pſalmus VII conuincere poteſt, ubi duplex ל occurrens duplicem etiam Caſum infert. Quando enim dicitur : שגיון לדוד *Innocentia Dauidis*, clarum eſt per τὸ ל Genitiuum indigitari, non Datiuum. At cum porro ſubiicitur, אשר שר ליהוה, *quam cecinit*, non iam *Genit.* ſed *Datiuus* potius, intelligendus uenit, innocentiam enim ſuam cecinit Domino, non Domini, ſed coram Domino. *Datiuus* igitur, quod uel per hactenus dicta iam conſtare credo, frequentior eſt linguae utrique. Ab Hungaris uero uſurpari ſolet caſus iſte, cum primis, ſi Perſonas reſpicias, in uerbis *α*) *Remittendi*, prouti in communi formula, quam Saluator Optimus nos ipſe edocuit, oramus, *Botſáſd meg a mi büneinket* (minékünk) *miképpen mi-is meg botſatunk* (*remittimus*, *ſed* cui? et reſpondetur in Datiuo,) *ellenünk uétkezöknek*. β) *Praecipiendi*, ut, e. g. *Mondottam nékie*, Dixi ei, *Azt parantſollya az Iſten nékünk*, Hoc praecipit nobis DEVS. γ) *Reſpondendi*,

dendi, non enim dico, *Felelj meg engemet*, ſed, *ennékem*, Reſpondens mihi. δ) *Seruiendi*, u. g. in illo Seruatoris noſtri effato, *Matth. VI, 24. Senki nem ſzolgálhat két Urnak*, i. e. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire. ε) *Soluendi*, ut, *Fizeſd meg ennékem, a miuel tartozol*, i. e. Solue mihi, quae teneris. Quae omnia eleganter Hebraicis reſpondent, quibus ſimiliter uerba א) *Remittendi*, Datiuum regunt, item uerba Dimittendi et Permittendi, *Exod. XXXII, 10*, etc. ב) *Arctandi* et *Premendi*, u. g. cum dicitur, תקצר נפשו *Iud. XVI, 16.* ג) *Mandandi*, ut צוה לי *1 Sam. XX, 29*, etſi non negem, et Accuſatiuum uſitatum eſſe, ut ex *Num. XXVII, 19, Gen. VII, 9, Deut. XXXI, 5*, et aliis locis uidere eſt, de quibus conſule CASTELLVM *in Lexico Heptagl. p. 3143.* ד) *Reſpondendi*, u. g. ענהו Dixit ei, *1 Sam. IX, 17*, quanquam et hic Accuſatiuus inuſitatus non ſit, cum primis accedente particula אל ut ex *Gen. VII, 9*, et *Num. XXVII, 19*, clare pateſcit. *Accuſatiuum* apud Hungaros aſſumunt uerba actiua, et actiue ſignificantia, qualia ſunt α) *Male et Bene-dicendi*, u. g. *Az engedetlen Fiu még à ſzüleit-is öſzue ſzidja* (non autem *ſzüleinek* in Datiuo, prouti quidem Latini dicere aſſolent,) h. e. Immorigerus filius et parentibus

bus male dicens. ϐ) *Apprehendendi*, ut, *Fogmeg ötet*, Capias ipſum. γ) *Tenendi*, u. g. *Tarts megminket mert elueſzünk*, Domine, ſerua nos, perimus, *Matth. VIII, 25.* δ) *Videndi*, ut, *Imé látok meg nyilatkozott egeket*, Ecce uideo coelos apertos, *Act. VII, 56.* ε) *Eligendi*, ut in illo, *Maria à jobb réſzt uálaſztotta*, Maria elegit optimam partem, *Luc. X, 42*, atque contrarium eius, *Spernendi*, u. g. *Veſd el ez uilágnak barátſágit*, Abiice, contemne mundi huius amicitias. Quorum omnium eadem prorſus et apud Hebraeos eſt ratio, u. g. א) *Benedicendi*, ut in illo Balaci, גם־קב לא תיקבנו וגם ברך לא תברכנו i. e. *Maledicens non maledices eum*, et *Benedicens non benedices eum, etc.* ב) *Apprehendendi*, ſeu *Accipiendi*, item *Auferendi*, ut, את בכרתי לקח Primogeniturae meae ius abſtulit, *Gen. XXVII, 36*, הגו זגים *Auferre ſcorias*, *Prou. XXV, 4, 5.* ג) *Tenendi*, u. g. מחזק את־לב *Obfirmans cor ſuum Pharao*, *Exod. XIV, 17.* ד) *Eligendi*, ut, בך בחר *Te elegit*, *Deut. VII, 6*, conf. et *Ezech. XXIX, 38*, itemque *Reiiciendi*, ſeu *Spernendi*, u. g. מדוע בזית את־דבר יהוה *Quare ſpreuiſti uerbum Domini*, *1 Sam. XII, 9.* *Ablatiuum* uero adſciſcunt uerba, α) *Mercandi et Auferendi*, ut, *Ne ueddel en tôlem az te jó lelkeded*, Ne aufer a me ſpiritum tuum

bo-

bonum, *Pſalm. LI, 13*, item, *Töle pénzen uettem*, Ab eo pecunia emi. β) *Diſcendi*, u. g. *Tölem tanúlt*, Abs me didicit, item, *Mibül tanultál*, Ex quo didiciſti, etc. γ) *Quieſcendi*, u. g. *Ezen à bellyen nyugſzom*, In hoc loco quieſcam. *Az Urban bizom*, In Domino confido, non ſecus ac nauis ancorae, uiator ſcipioni, et domus fundamento ſuo innititur, hoc enim uult ἔμφασις uerbi *bizom*. Ac tandem, δ) *Petendi*, u.g. *Bizony, bizony mondom néktek, ualamit kérendetek az Attyától az én neuemben, megadja néktek*, Amen, amen, dico uobis, quicquid petieritis a Patre, in nomine meo, dabit uobis, *Io XVI, 23.* Sic et apud Hebraeos, א) in uerbis *Mercandi Ablatiuus* locum inuenit, u.g. לקנות בכסף *Ad emendum pecunia*, *Amos VIII, 6.* ב) *Quieſcendi*: וישבת מכל־מלאכתו *et quieuit ab omni opere ſuo, Gen. II, 2.* ג) *Petendi*, ut *Neh. XIII, 6*, נשאלתי מן־המלך *petii, precibus obtinui a Rege*, conf. *Pſ. XXI, 5*, quandoque uero et Datiuus, ut *1 Sam. X, 4*, ושאלו לך לשלום rogabunt te pacis cauſa, quandoque Accuſatiuus, ut *Iud. IV, 29*, וישאלך *et rogauit te*, et quae, id genus, ſunt alia Harmoniae, qua utramque linguam, teſtimonia.

§. XLII.

Denique, quoad ipſas conuertendi et conſtruendi *Particulas*, de mutua earum

rum Harmonia non amplius hic dubitaturum ſpero illum, qui ea, quae §. XXXIX probata ſunt, perpenderit, quare hic actum agere nolumus, id tamen meretur, meo quidem iudicio, peculiarem adhuc obſeruationem, quod, quemadmodum Hungari frequentiſſime uſurpant Copulatiuam *E's*, ſeu per Aphaereſin -*s* et leui hoc ſibilo uerba reliqua arctiore quaſi uinculo connectunt, ita, ut omni ex parte cohaerens ac fluida prorſus reddatur oratio, (quod nemo magis intellexerit, quam qui etiam in uita communi Hungaros uerba facere audiuerit,) ſic pari prorſus ratione frequentare ſolent Hebraei ſuum ו, hinc Conuerſiuum, hinc Copulatiuum, quod, ut unicum duntaxat locum exempli gratia afferam, in perexiguo ſatis, et uix ultra numerum quatuordecim commatum aſcendente, *Capite IV Eſtherae, quinquaginta et amplius reperire licet uicibus*. Nullum hinc dubium eſt, quin et hac in parte lingua Hungarica ab Hebraea acceperit hunc ornate connectendi modum.

§. XLIII.

Atque haec quidem de Nominum, Verborum, et Particularum Syntaxi dicta ſunto. Iam uero ad *Idiotiſmos* linguae

guae S. qui adhuc ſuperſunt, conferamus nos, oportet. Hi quidem uel ex conſideratione nominis iſtius, quod gerunt, uideri cuipiam poterant κοινόν τι cum Hungarica nihil prorſus habere, aut ſi hoc eſſet, ἴδια nulla prorſus ſupereſſe linguae Hebraeae. Et uerum eſt fateor, in his Parallelismum oſtendere uelle, hoc opus, hic labor eſt. Habet enim lingua ſancta prae ceteris hic quandam ἐξοχὴν, adeo, ut in illis non tam uideatur eſſe imitanda, quam admiranda. Interim periculum faciamus, et, in quantum hic Hungarica reſpondeat Hebraeae, uideamus. Ac primo quidem uidetur praecipuus eſſe idiotiſmus linguae ſanctae, quando nomina בית, בן, בעל, אלהים, יהוה, et בת iungunt rebus, uel perſonis, ad earum eminentiam, uel emphaſin etiam, deſignandam, quarum locutionum catalogum exhibet b. WASMVTHVS *lib*. ſupra laudato, ex quibus unum, uel alterum hic repetamus exemplum, u. g. בעל שמן *Dominus Olei*, i. e. *Oleum omnium praeſtantiſſimum*, ארזי אל *Cedri DEI*, i. e. *Cedri altiſſimae*, תרדמת אלהים *Sopor Domini, 1 Sam. XXVI, 12*, i. e. *grauiſſimus*, עצי יהוה *Arbores Iehouae*, i. e. *altiſſimae, Pſalm. CIV, 16*, בית האסורים *Domus Vinctorum*, i. e. *Carcer, Iudic. XVI, 21*, בית אל

Domus

Domus DEI, pro *loco ſancto, Gen. XXXII*, *17, etc.* בן מות *Filius mortis*, i. e. *reus mortis, 1 Sam. XX, 31*, בן קשת *Filius Arcus*, pro *ſagitta, Iob. XLI, 20*, בת ציון *Filia Zionis*, pro *Ieruſalem, Eſ. XXXVIII, 22, etc.* Atque haec omnia etiam ſuo quodam modo in lingua Hungarica obueniunt, raro prorſus Harmoniae linguarum et eleganti documento, cum inter occidentales nullam dederis, quae in his tantopere linguae S. reſpondeat, quantopere Hungarica. Nam τῶ בעל Hebraeorum reſpondet Hungaricum *Fö*, τῶ בית Hungarorum *Hailékja*, τῶ בן et בת denique Hungarorum *Fia*. Sic autem τῶ בעל reſpondet Hungaricum *Fö*, ut *Fö-Vezér* Archi-Ducem, *Fö-Biro* Supremum Iudicem, *Fö Meſter* Summum Magiſtrum, *Fö-Oruos* Supremum Cuſtodem corporis, *Fö-Kints-Tarto* Archi-Theſaurarium, *Föképpen* Supremam rei rationem deſignat, et rerum excellentiam ac magnitudinem exprimit. τῷ בן uero et בת reſpondet *Fia*, ut *Toronyfia*, quaſi *filius turris*, minores ſcilicet turres, in lateribus turrium maiorum conſpicuas, deſignans. *Egybázfia* id eſt *Aedituus. Aſztal fia* quaſi *Ciſtula menſalis. Halálnak fia* Filius mortis, i. e. mortalis, *Váſár fia* uulgo, Nundinalia, ſeu *Filius Nun-*

Nundinarum, iuxta Hung. *Galamb fia* Pullus Columbinus, *Eb-fia* Catellus, et alia plura. Ratione denique τοῦ בית non pauca occurrunt exempla, ipſi reſpondentia, et potiſſimum, in deſcribendis hominum uirtutibus, et uitiis, uſurpari ſolent, u. g. *Igazſágnak hailékja*, Iuſtitiae Vas et Inſtrumentum, pro homine iuſto. *Iozanſágnak hailékja*, Sobrietatis Templum, i. e. Studioſiſſimus Sobrietatis, et *Hamiſſágnak, Undokſágnak, Tſalárdſágnak, Föſuényſégnek hailékja*, pro *homine mendaci, ſpurco, fallaci et auaro.* Superſunt quidem adhuc duo nomina, ſcilicet יהוה et אלהים, ſed in his Hungarica Hebraeam imitari detrectauit, ne forte iura illius uideretur hoc pacto uiolare.

§. XLIV.

Alterum poſt haec inter Idiotiſmos linguae Hebraeae ſibi locum uindicat, extantior Nominum et Verborum *Pleonaſmus*, in uocis unius, maioris ἐμφάσεως gratia, facta repetitione conſiſtens, idque ad indicandam rei uel *magnitudinem*, uel *certitudinem*, uel *multitudinem*, uel denique etiam *diſtributionem*. Quam in rem, ut e multis pauca tantum afferam, ratione Hebraei Sermonis, *Pleonaſmus Nominum* eſt in his, u. g. איש איש *Vir, uir*, i. e. *unusquisque*, *Num. V*, 12, et *Leu. XV*, 2,

שנים

שנים שנים *Duo, duo*, i.e. *bina*, conf. *Gen. XXXIII, 16, Ieſ. XXVI, 3. Pleonaſmus* uero *Verborum* occurrit in ſequentibus, סורו סורו: *recedite, recedite, Ieſ. LII, 52*, אכול אכול *comede, comede, Ezech. III, 2*, ſic מות תמות *moriendo morieris*, i.e. *certiſſime morieris, Gen. II, 18, et III, 4*, שלל שללה *ſpoliat ſpolium ſuum, Ez. XXIX, 19*, conf. *XXXI, 30, XXXVII, 10, 11, Iob. XXXVII, 20*, cetera. Quae omnia, ſi cum Hungaricae linguae indole comparentur, mirifice inuicem conuenire, teſtantur exempla, tam Nominum et Pronominum, quam Verborum, u. g. *E'n, én*, Ego, ego, i.e. Ego fui, uel feci certiſſime. *Kiki*, Quis quis, pro quilibet, quod ipſum accurate coincidit cum Hebraeorum איש איש antea allato. *Tüz, tüz*, Ignis, ignis, ſcil. adeſt, pro certiſſime adeſt. *Szórul ſzóra*, de uerbo ad uerbum, quod iterum nonnihil accedit ad Hebraeorum פה על פה *ore ad os*. Porro, *Tarts, Tarts*, tene, tene, *Eſküdj, Eſküdj*, iures, iures, quo omnes fere Imperatiuos retuleris. Vel per ipſius Verbi cum Nomine, ab eodem Verbo deſcendente, coniunctionem, u. g. *Italt innya*, Potum bibere, ſeu, prout Hungarica uerba ſonant, *bibitionem bibere. Iatékot játzani*, luſum ludere. *A'lmot álmottam*, ſomnium ſomniaui, quod

 ipſum

ipſum et quoad literas prorſus reſpondet Hebraeorum חלום חלמתי, item, *Nagy ſietſéggel ſiettem*, magna feſtinatione feſtinaui. *Eſküüéſſel eſküdtem*, iureiurando confirmaui. *Attyai ſzeretettel ſzerettem*, Amore paterno amaui, etc. Quorum poſteriorum, tametſi rarior penes plebem contingat uſus, tamen inter cultiores frequentiora huius rei numerare licebit exempla.

§. XLV.

Atque haec illa ſunt, quae linguae Pannonicae cum Hebraica affinitatem egregie monſtrare poſſunt, ſi non quoad omnia, ſaltem tamen quoad potiora, momenta. Neque enim aſſero, quaſi uel nemo iſtis amplius addere quicquam, uel, quae ego ipſe attuli, non magis exaſciare et illuſtrare, poſſet, cum potius perſuaſiſſimus ſim, nec omnia unam diem tuliſſe unquam, nec ſingula, in tam amplo Harmoniae linguarum campo, unum ſigillatim hominem, cum primis, ubi plura eam in rem nondum proſtabant documenta, hactenus abſoluere potuiſſe. Adhaec reor, nec copioſiorem facile rei iſtius expoſitionem, in praeſentiarum abs me expetiſſe, aut expectaſſe etiam, eum, qui uel leuiter ſtatum meum,

meum, propoſitumque, ac temporis cum primis, quo conſtrictus ſum, penuriam aſſecutus eſt. Iis itaque, quibus plus forſan otii ſuppetit, hoc negotium ulterius excutiendum lubentiſſime relinquo, neque tamen idcirco ſpero, fore, ut, ſi quiſpiam idem agere impoſterum aggredietur, bella mihi ſit illaturus, ſi forſan, iſthunc meum laborem non ubique plene ad ſuam expectationem atque ſententiam accedere, deprehenderit. Eſt etenim res haec ingenii potius, quam iudicii, quae Regulis non facile eſt metienda, quam ob rem et meo mihi abundare genio atque ingenio integrum fuerat, idque tamdiu, donec ingenioſiora alius forſitan, in hoc genere ſtudiorum, protulerit, felicius hic facile proceſſurus, ubi iam in multis (quod absque iactantia tamen dictum uolo) glacies abs me fracta uiaque monſtrata ſit. Quae ſi demonſtrata mihi fuerint, adeo quidem moroſum ſententiae meae patronum non agam, ſed ſemper, ad meliorem amplectendam ſententiam, promptus paratusque ero.

Hoc denique B. L. ſibi perſuadeat, me in his, ueluti primitiis, acquieturum non eſſe, ſed, quantum quidem alia permittent negotia, ulterius in easdem

inquirendi animum applicaturum, atque plura, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσει, καὶ ζήσωμεν, *in Lexico Harmonico-Hungarico*, publico omnium bonorum uſui expoſiturum eſſe, in quo uix ullam uocem, extantiorem ſaltem, dimittam, quin, uel genuinos eius natales, ex aliis linguis, tum orientalibus, tum occidentalibus, depromerem, uel, quid cum eadem reliquis commercii intercedat, induſtrie oſtenderem. Tu uero interea, CANDIDE ac BENEVOLE LECTOR, his utere proſpere, ac conatibus noſtris bene precare.

Vale.

ܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܒܥܘܠܡܐ܀

COROL-

COROLLARIA

Exhibentia VOCES nonnullas, quae in multis, uel omnibus fere, LINGVIS hodienum uſitatae ſunt.

אֵם Hebraice *Mater*, אִמָּא Chaldaice, ܐܶܡܳܐ Syriace, ࠀࠌࠀ Samaritan. أُمّ Arabice, እም Aethiopice, ⲙⲁⲩ Coptice, آنا Turcice, *Anya* Hungarice, *Mamá* Gallice.

שֶׁבַע *Septem* Hebr. שִׁיבְעָא, uel שַׁבְעָא Syr. ܫܒܥܐ Samaritan. ࠔࠁࠏ Abyſſ. ሰብዐ Aegypt. ⲉϕⲑⲁⲓ Graec. ἑπτα *Septem* Lat. Gall. Hiſp. Ital. Sieben Germ. *Seuen* Angl. et Belg. Sedm Slauon. Soli Hungaricae *Hét*, a reliquis omnium maxime recedenti.

פַּגָּה *Ficus*, Hebr. *Higue* Hiſp. *Fico* et *Figaro* Ital. *Figuier* Gall. Feige Germ. *Figge* Angl. *Wygghe* Belg. Figen Dan. Fik Bohem. *Füge* Hung. Apud Orientales rarior eſt.

אֲנִי *Ego*, Hebr. אֲנָא Chald. ܐܢܐ Syr. ࠀࠍࠀ Samar. أنا Arab. አነ Aeth. *En* Hung. ⲁⲛⲟⲕ Copt. etc.

אַתָּה *Tu*, Hebr. אַתְּ Chald. ࠀࠕࠄ Samar. ܐܢܬ Syr. አንተ Aethiop. ⲛⲧⲟⲕ Copt. *Te* Hung. Ty Bohem. Polon. Slauon. Dú Germ. *Thou* Angl. etc.

אוֹרִיזָא *Oriza*, Chald. ὀρίζα Gr. Reis Germ. *Ris* Gall. *Riz* Polon. *Ris* Hung. ſubintellige *Káſa*. *Riſo* Ital. *Riſe* Angl. *Arros* Hiſp. etc.

שַׁבָּת *Sabbathum*, Hebr. שַׁבַּת Chald. ܫܒܬܐ Syr. ሰንበት Aethiop. ࠔࠁࠕ Samarit. سبت Arab. et Turc. Σάββατον Gr. *Sabbathum* Lat. *Sabato* Ital. et Hiſp. Sabbath Germ. *Szombat* Hung. Sobota Slauon. etc.

שַׂק *Saccus*, Hebr. שַׂקָּא Chald. ܣܩܐ Syr. ሠቅ Aethiop. شق Arab. Σακκος Gr. *Saccus* Lat. Sack Germ. *Sák* Hung. *Sacco* Ital. et reliquae omnes, de quibus Cel. LVDOV. THOMAS-

SINVS

SINVS *in Gloſſario Vniuerſ. Hebr. p. 1016.* Hanc uocem, inquit, aiunt communicatam eſſe omnibus gentibus, et linguis. Sed enim, ſi probationem deſideres, nullam prorſus ab eodem ſubminiſtratam deprehendes.

מֹור *Myrrha*, Hebr. מֵירָא uel מוֹרִיָּא Chald. Μύῤῥα Gr. ከርቤ Aethiop. *Myrrha* Lat. Myrrhen German. Mirra Slauon. *Myrha* Hung. ܡܘܪܐ Syr. ࠌࠅࠓ Samarit. *Myrrha* Hiſp. Gall. Ital. et in reliquis omnibus, quod itidem non meo tantum nititur calculo, ſed ſuffragio quoque Cel. V. E. LOESCHERI, qui *Lib. III, cap. V, p. 468, de C. L. H. Germanis, imo toti fere generi humano eodem nomine venire*, obſeruat.

אָמֵן *Amen*, Iurandi et Sperandi formula, Hebr. אָמֵן Chald. ܐܡܝܢ Syr. ࠀࠌࠍ Samaritan. آمين Arab. አሜን Aethiop. ⲁⲙⲏⲛ Copt. Ἀμὴν Graec. *Amen* Lat. Gall. Hiſp. Ital. Amen Germ. Hung. et Bohem. etc.

Mirum denique uideri poterat B. Lectori, cur non unum uocabulum,

 DEVM

DEVM exprimens, recenſitis linguis familiare, prae ceteris attulerim, uerum, cum ne unicum quidem nomen DEI, ſiue occidentales ſpectes, ſiue orientales, reperiatur, quod commune ſit ſingulis, facile culpa abſoluar omni. Interea tamen, ne et hic prorſus curioſo Lectori defuiſſe uidear, id cum primis memorabile afferam, quod omnes fere linguae nomen DEI eſſentiale et proprium per IV literas enunciare conſueuerint. Sic enim u. g. 1) *Hebraei* praeter nomina אהיה, אלוה, et אדני habent יהוה, quod κατ' ἐξοχὴν Iudaeis : שם בן ארבע אותיות *Nomen, filius quatuor literarum*, uel שם של ארבע אותיות: *Nomen conſtans ex quatuor literis* dicitur. 2) *Rabbinis* ſigillatim eſt nomen quadriliterum שמים, quod in *Medraſch Koheleth*, *Pirke Abboth*, et alibi paſſim pro DEO adhibetur, ut uidere eſt apud BVXTORFIVM *in Lex. Rabb. Talm. p. 2440*, ad quod reſpicit et trita illa Abbreuiatura ב״שש. Cum primis autem celebre iis eſt nomen אג״לא quod per Cabbalam, et illius quidem ſpeciem נוטריקון dictam, ortum eſt ex initialibus literis uocum ſequentium, אתה גבור לעולם אדני : i.e. *Tu es fortis in aeternum, Domine!* Quibus addi poſſunt et alia duo, u. g. מצבץ et הקבה quae,

quae, quid ſibi uelint, uideri poſſunt apud BVXTORFF. *l. c. et in Tr. eius de Abbreu.*

3) *Chaldaeis* eſt nomen אלהא, quod in *Targum Ionathanis et Hieroſolymitano* ut plurimum ſuperſtitioſe per אלקא, ſed corrupte, exprimi ſolet, item יְיָ uel יְיָ' uel יְיָ uel (ייי) quae omnia quatuor etiam tantum habent characteres, tametſi et tribus *Iodim* nomen DEI nonnunquam, et in antiquiſſimis Codicibus, ſcriptum reperiatur *hoc modo*, ',' ייי etc.

4) *Syris* fere omnia ſunt quadrilitera, u. g. ܝܗܘܗ pro quo AVIANVS *in Hom. Syr. et Gramm. B. p. 209*, aliud ſubſtituit, nempe ܐܠܗܐ item ܡܪܝܐ Dominus, nec non Chriſti ܡܫܝܚܐ et Spiritus Sancti ܪܘܚܐ etc.

5) *Samaritanis* ࠉࠄࠅࠄ pro quo in Pentateucho ࠀࠋࠄࠉࠌ uſurpatur, item ࠉࠄࠅࠄ, quod *Num. XXII, 22*, et alibi, ſed parcius, occurrit, uel ࠔࠌࠀ ut *Num. XXII, 20*, et *XXIII, 4*, etc.

6) *Aethiopibus* eſt እግዚአ *Egziae*, quod pro nomine יהוה plerumque accipitur, item አምላክ *Amlach*, ortum ab Hebr.

Hebr. מֶלֶךְ, quod etiam ipſis Regem deſignat, non tamen uſitatum eſt ipſis Reges terreſtres hoc nomine inſignire, ſed per ንጉሥ *Niguſch*, ad indicandum, ſolum DEVM eſſe Regem regum, et Dominum dominantium, *1 Tim. VI*, *15*. Quo forte et referendum eſt illud, quando DEVM uocant አብ ኄር: *Abb Cher*, Bonum Patrem, etc.

7) *Arabibus* familiare eſt, praeter triliterales الله uel اله et quadriliterum اللهم quod in Pſalterio ſigillatim Arabico (quod Romae ∞ IↃCXIV cum uerſione VIATORII SCIARAE *Accurenſis*, et GABRIELIS SIONITAE *Edinenſis*, Maronitarum prodiit) conſtanter pro nomine יהוה adhibetur.

8) *Aegyptiis*, uel more Graecorum ⲑⲉⲟⲥ, uel ⲑⲉⲩⲑ Deus audit, quo nomine olim *Mercurius Triſmegiſtus*, cui in honorem et menſem hoc nomine inſigniuerunt, ipſis ueniebat, teſte ATHANASIO KIRCHERO *in Prodr. Copt. cap. VII*, *p. 115*.

9) *Graecis*, Θεὸς, item Ζεύς.

10) *Latinis*, DEVS, item IOVA, quod per Aeolicam mutationem a Graec ζεὸς dedu-

deducendum eſſe, num recte doceat VOSSIVS *in Etymologico*, in uoce *Iuuo*, et SALMASIVS *in Exercit. Plinianis p. 423, b*, Critici diſpiciant.

11) *Germanis*, **Gott**, quod communiter a **Gut** deſcendere perhibetur, quod ego licet non iuerim inficias, tamen deprehendo et in aliis linguis huic parallela, namque et Chaldaeis גדא, et Aethiop. ገድ *Gad*, Donum, et Arabibus جيّد Bonus, Praeſtans, et Perſis خدا *Goda*, i.e. DEVS frequentiſſimum eſt. Hanc autem uocem omnes quoque Germanicae linguae filiae, tametſi aliter atque aliter, exprimere ſolent, quadriliteram tamen retinuerunt, ut

12) *Angli* Good.
13) *Belgi* Goed.
14) *Scoti* Goot.
15) *Islandi* Gudi.
16) *Dani* Gudt.
17) *Peloponneſiacis* dicitur ΘΗΟΣ.
18) *Cretenſibus* ΔΕΟC.
19) *Moſcouitis* ΤΙΟC.
20) *Hiſpanis* Dios.
21) *Gallis* Dieu.
22) *Italis* Idio.
23) *Hybernis* Dieh. Quibus annumeranda eſt,

24) *Sla-*

24) *Slauonica* Buoh.
25) *Polonica* Boog.
26) *Albanenſis* Bogo.
Quod ipſum
27) et *Hungaricum* Uram obſeruat. Alterum enim, quod nobis eſt, nempe ISTEN, uidetur quidem hunc ordinem migrare, at cum ex ſupra dictis conſtet, Hungaros ueteres et literis ſyllabicis uſos fuiſſe, fieri potuit, ut I et S, uel S et T per unum characterem quoque expreſſerint.
28) *Vet. Perſae* DEVM ΣΤΡΙ nominarunt.
29) *Magorum Diſcipuli* ORSY.
30) *Hetruſci* EZAR.
31) *Baeotii* AROS.
32) *Thraces* KALO.
33) *Tartari* ANOT.
34) *Sinenſes* TELI.
35) *Indi* ZIMI.
36) *Valachi* ZEVL.
37) *Zingeni* ODEL, etc. Atque ita etiam ex his *Harmonica linguarum* conſtitutio quodammodo eluceſcit. Poſtremo nihil membereſt, quam ut DEVM T.O.M. omnis Harmoniae Auctorem et Statorem ardentiſſimis precibus exoremus, ut et apud nos, in Eccleſia aeque, ac Politia, talis ſemper floreat *Harmonia*, *Pax*, et *Concordia*.

IN-


Alphabetum priſcor. Hunnorum ſ. Scytharum. Poteſtas.	Figura.
A, a.	
B, b.	
Cz, cz.	
Cs, cs.	
D, d.	
E, e.	
É, ë.	
F, f.	
G, g	
Gy, gy.	
H, h.	
I, i.	
J, j.	
K, kmed.	
K, finale.	
L, l.	
Ly, ly.	
M, m.	
N, n.	
Ny, ny.	



Alphabet. Attilæ Regis Hunnor. apud Müllerum Alphabet. inuſitat. N. 15. Poteſtas.	Figura.
A, a.	
B, b.	
Cz, cz.	
D, d.	
E, e.	
F, f.	
G et gy.	
H, h.	
I, i.	
K, k.	
L, l.	
M, m.	
N, n.	



Alphabet. Agarenor. ſ. Saracenorum apud Kircherum in Prodr. Copt. p. 199. Poteſtas.	Figura.
A.	
B.	
T.	
Th.	
G.	
hh.	
Ch.	
D.	
Dh.	
R.	
Z.	
S.	
Sc.	
S.	
Sh et Sz.	
D.	
Dh.	
Th.	
Aj.	



Alphabet. priſcor. Hunnorum Seu Scytharum. Potestas.	Figura.
O,o.	
Ö,ö.	
P,p.	
R,r.	,
S,s.	
Sz,sz.	
T,t.	
Ty,ty.	
U,ü.	
U,u.	
Ü,ü.	
Z,z.	
Czs.	
Ba,ba.	
Be,be.	
Bi,bi.	
Bo,bo.	

Alphabet. Attilæ Reg. Hunnor. apud Müllerum, etc. Poteſtas.	Figura.
O,o.	
P,p.	
Q,q.	
R,r.	
S,ſ.	
T,t.	
U,u.	
Ü,ü.	vel
X,x.	
Y,y.	
Z,z.	

Alphab. Agarenor. S. Saracenor. apud Kircher. in Prod. Copt. Poteſtas.	Figura.
A,.	
Gh.	
Gh.	
Ph.	
C.	
K.	
L.	
Ly.	
M.	
M.	
Ny.	
N.	
H.	
H.	
V.	
Hal.	
Ly.	
L.	
I.	
I.	
I.	

INDEX
AVCTORVM ET VIRORVM CELEB. CITAT. VEL LAVDAT.

R. Aben-Eſra.
R. Abarbanel.
R. Aben-Sina.
Agathias.
Alberti Val.
Amyra Georg.
Auerrhoes.
Bartoloccius.
Belius Matth.
Becanus Gorop.
Bochartus Sam.
Bohoritzius.
Boxhornius.
Breerewodus.
Buxtorfius.
Calouius Abr.
Campanella Th.
Capellus.
Camcimus.
Carteſius Ren.
Caſtellus Edm.
Chladenius Mart
Claudius.
Clericus Io.
Cluuerus Phil.
Chyiugus Iudas.
Cordubenſis B. G.
Coruinus Andr.
Cruciger.
Csipkés G. Kom.
Druſius Io.
Elias Leuita.
ab Elſwich I. H.
Epicurus.
Erpenius.
Eugubinus.
Euſebius.
Eutychius.
Fullerus.
R. Ganz Dau.
Genebrardus.
Gloſius Io.
Grauius.
Grotius Hugo.
Gundlingius.
Guſſetius.
Guichardus Step.
Hakſpanius.
Happelius I. H.
Haggaon Saad.
Herodotus.
Hieronymus.
Hornius Georg.
Hottingerus I. H.
Huetius Petr. D.
Ionathan Paraph
Ióny Iohannes.
Iornandes.
Ioſephus Flauius.
Iunius Franc.
Kircherus A.
Kippingius Hen.
Langius.
a Lapide Corn.
de Lara Dau. C.
Leusdenius Io.
Lipſius Iuſtus.
Löſcherus V. Er.
Lutherus Mart.
Maſtricht Pet. v.
Maius Io. Henr.
Mayerus Barth.
Menahem Ben. S.
Menckenius I. B.
Morhoffius D. G.
Morinus Io.
R. Moſes Maimonides.
Müllerus Andr.
Myricaeus I. C.
Neumannus C.
Origenes.
Otrokotſius.
Pancyrollus.

Patri-

Patricides.
Pfeifferus Aug.
Philo Iudaeus.
du Pin Lud. El.
Plautus.
Poiret Petrus.
Poſtellus Guil.
Procopius.
Pſammetyches.
Rauius Chriſt.
Reatinus Marius
Reineſius Thom.
Rocherus Angel.
Roth Thom.
R. Salomon.
Salmaſius.
Saul Abba.
Scaliger Ioſeph.
Schrieckius Adr.
Seldenus Io.
Schröderus E. C.
Sionita Gabr. de Monte Libano
Sperlingius Io.
Staudacherus
Stephanus I. Rex Hung.
Theodoretus.
Thomaſſinus L.
Thomſon Rich.
Tröſterus Io.
Torrentius Leu.
Turotzius Io.
Tſétſi Io.
Turzo Georg. et Emer. Comit. H.
Varro.
Vaneti Georg.
Virgilius Maro.
Virgilius Polyd.
Vitringa Camp.
Voſſius Gerh. Io.
Walthonus Br.
Waſerus.
Wasmuthus M.
Webbenus Ioh.
Witterus Bern. H
Wichmanshau-ſen Io. Chriſt.
Wormius Olaus.
Zamoſcius Steph.

Extantiores, qui uel inuitis ſubrepſerunt, errores B. L. ita corrigat.

Pag. 9, lin. 10, pro primogenia, leg. *primigenia.* P. 10, Not. *x* idem. P. 14, pro quod, leg. *quo.* P. 12, lin. 12, pro מותבים leg וטובים. P. 25, l. 23, pro Nyélv, l. *nyelv.* P 42, lin ult. annya, l. *anya.* P. 50, lin 25, pro orſzag, l. *orſzág.* P. 54, lin. 3, pro Czerfa, l. *Cſerfa.* P. 54, lin. 12, pro Kozrerd, leg. Kozperd. P. 54, lin. 17, pro Konác/ leg. Kowác. P. 54, lin. ult. pro Sarkan/ leg. Sſarkan. P. 55, lin. 8, pro Stuka/ leg. Sſtuka. P. 56, in Not. pro Weczera/ lin. Wece-ra. P. 65, lin. 2, pro kötel, l. *Kötél.* P. 67, lin. 11, pro ſebbet, leg. *ſebet.* P. 70, lin antep. pro akar, l. *akár.* P. 97, lin. 8, pro exprobauit, l. *exprobrauit.* P. 111, lin. 20, praeponatur uoci, *papyro*, qui. P. 112, in ult. pro connotatarum, l. *connotatorum.* P. 144, lin. 8, pro nyomorrûyt, l. *nyomorúltt.* P. 147, lin. 4, pro váſar, leg. *báſár.*

EMANUELE IN ROMA
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
MAG 2011866